CARMINUM

ABULFARAGII BABBAGHAE

SPECIMEN

EX

CODICE GOTHANO

NUNC PRIMUM EDIDIT, LATINE VERTIT,
ADNOTATIONIBUS INSTRUXIT

PH. WOLFF

PHILOSOPHIAE DOCTOR ET THEOLOGIAE CANDIDATUS.

ACCEDUNT ALIQUOT CARMINA ABU ISHACI.

LIPSIAE 1834

SUMTU FRID. CHRIST. GUIL. VOGELII.



VIRO

SUMME REVERENDO

AEMILIO ROEDIGERO

PRAECEPTORI CARISSIMO

HASCE STUDIORUM ORIENTALIUM PRIMITIAS

QUA PAR EST VERECUNDIA

OFFERT

EDITOR.

PRAEFATIO

Anno abhinc patria, ubi Sacrorum Antistiti Vicarius eram addictus, relicta quum Halas Saxonum me contulissem, ut per aliquod tempus totus versarer in linguis orientalibus, jam antea multo studio et amore a me tractatis, Roedigerus, magister mihi carissimus, praeter alios codices arabicos a Cl. Moellero e bibliotheca Gothana benigne ipsi commodatos inspiciendum dedit codicem Thaalebii „Margarita Temporis" inscriptum. Hunc codicem cum accuratius lustrassem magnamque ejus partem, hoc praeceptore duce, perlegissem, in animum induxi, ut ex isto particulam eligerem, in qua tractanda tenues meas periclitarer vires.

Libri hujus Thaalebiani quum jam summam indicaverit Vir Doct. Fluegelius in prooemio ad aliud Thaalebii opus (*der vertraute Gefährte des Einsamen etc. Wien* 1829), meum tantum est hanc hujus operis particulam, e qua hocce depromptum specimen, accuratius describere.

Abulfaragium nostrum Thaalebius tractat in prima opéris sui parte ejusque capite septimo viginti per folia. Laudibus hujus poëtae quam maximis atque perpaucis de ejus vita rebusque gestis praemissis ipsum poëtam introducit historiam narrantem eorum, quae ipsi in Marrani coenobio acciderint. Haec historia satis longa, aliquot carminibus, e quibus duo edere placuit, commixta legitur a folio secundo usque ad septimum. Quam excipiunt tria per folia Abulfaragii epistolarum specimina cum oratione poëtica tum soluta ad Saifeddaulam aliosque principes, et grandiore quidem cothurno, conscriptarum. Ex his carminibus unum in libellum nostrum recepimus, orationis autem solutae specimina duo dedimus in Prolegomenis. — A folio decimo sequitur pars longe gravissima. Tribus prioribus hujus partis foliis continentur poëtae nostri epistolae duae poëticae missae ad Abu Ishacum, poëtam celebrem et Abulfaragio nostro amicissime conjunctum, et illius vicissim ad poëtam nostrum tres epistolae valde facetae, quae omnes ut ederentur nobis dignae visae sunt. Pauca his epistolis a Thaalebio ad vitam Abu Ishaci pertinentia sunt adjecta. In fine capitis a folio decimo quarto usque ad vigesimum inveniuntur non minus quam quadraginta sex carmina, vel potius, maximam partem, fragmenta carminum, e quibus, quae sermone poëtico excellere nobis videbantur, elegimus novem. Àlia quinque carmina nec non sin-

gulos aliquos versus Prolegomenis inseruimus. Plura, cum huic libello non ampliores circumscripti fuerint fines, in eundem recipere nobis non licuit.

Arduum in his edendis carminibus opus sum aggressus, cui feliciter perficiendo vires meae fortasse fuerunt tenuiores. Sed in arduis vires periclitari nostrum est. — Aliorum codicum cum nostro Gothano, numero 548 insignito, et licet melioribus adnumerando, tamen satis incorrecto, conferendorum cum nobis non fuerit potestas, fieri non potuit quin plura carmina mutila tantum ederentur, pluribus etiam in locis, quae nobis ipsis dubia videbantur, receptis. Etenim meam facio sententiam celeberrimi Arabum Historiographi, qui dixit: ما لا يعلم كله لا يترك كله فان العلم بالبعض خير من الجهل بالكل. —

In latinam linguam vertens haec carmina ad id inprimis intendi animum, ut, quantum fieri posset, tum ad verbum arabica redderem tum sermonis latini proprium colorem utcunque servarem. In adnotationibus brevis esse studebam, iis tantum adjectis, quae cum ad intelligendas singulas voces, tum ad sensum sermonemque poëticum perspiciendum videbantur necessaria. — Paginarum duarum spatium cum explendum esset, duo carmina in linguam germanicam metrice reddita addidi.

Restat, ut Tibi, Vir summopere colende, cui hocce opusculum meum juvenile, Tuis subsidiis Tuo-

que consilio susceptum atque elaboratum, animo pio dedicatum volo, gratias agam intimo ex animo pro insigni amicitia, qua me, qui summo studio summaque voluptate scholis Tuis per annum et quod excurrit intereram, semper es prosecutus. Jam mox Parisios, adnuente Deo Opt. Max., aditurus Tibi assevero, in aeternum me Tui gratissimo animo memorem esse futurum. Vale igitur! deusque vitam protegat Tuam!

Tibi quoque Gesenio, magistro summe reverendo, pro tot tantisque de me meritis palam atque sincero ex animo gratias persolvo quam maximas. Vale! deusque vitam Tibi proroget! Valete omnes qui mihi et Halis et Tubingae fuistis praeceptores atque Vestrae in me collatae liberalitatis memoriam me conservaturum persuasum Vobis habeatis.

Scripsi Halis Saxonum mense
Julio anni 1834.

Ph. Wolff Ulmensis.

PROLEGOMENA.

Abulfaragius Abd-el Wâhid, filius Nasri, fil. Mohammedis Machzumita [1]), oriundus Nesibi.

Ejus mentionem fecit Abulfeda Annal. Tom. II pag. 618, ubi anno 398 (chr. 1007) obiisse traditur; porro Firusabadius Kamus. s. v. ببغاء ubi cognomen Psittaci ei tributum esse narratur اللثغة i. e. ob blaesae linguae vitium, et Herbelotius in bibl. orient. s. v. Biga, quod vocabulum corruptum est ex Babgha, et s. v. Saifeddaula, ubi inter alios poëtas in hujus principis aula degentes nominatur Abulfaragius cognominatus Riga, quod vocabulum jam miro modo corruptum est. Praeterea in tribus locis libri Thaalebiani (*der vertraute Gefährte des Einsamen u. s. w.*) a doctissimo Flügelio 1829 editi singuli Babbaghae leguntur versus, pag. 152, 250, 288. Quae vero Thaâlebius de poëtae nostri vita narrat in ipsa Jetima, ea paucissima sunt, magis enim in laudibus ejus dicendis, quam in rebus gestis narrandis versatur. Abulfaragius primo aetatis vigore pervenit ad Saifeddaulam [2]), cujus societate diu gaudebat. Patrono autem mortuo (anno 356), cum Abulfaragius in urbes Mausel et Bagdad migrasset, minus bona fortuna utebatur. Haec fere Thaâlebius; deinde Abulfaragium ipsum sic de se loquentem introducit: Quum annum agerem vigesimum, a Saifeddaula, qui bellicam expeditionem susceperat, Damasci relictus sub ditionem Ichschiditarum [3]) sum

---

1) Unus ex filiis Machzumi originem ducentibus ab ابو عمران مخزوم بن يقظة cf. Eichh. Monum. p. 78. Ham. p. 103. 109 et 780. Abulf. Hist. anteisl. p. 198. Eodem nomine gentili utuntur etiam alii cf. de Sacy Anthol. p. 139. Har. Schol. p. 207. 208. Casiri bibl. ar. hisp. I p. 47. 53. 106. 120. — 2) De Saifeddaula celeberrimo cf. de Sacy Chrest. Tom. III pag. 33 et v. Bohlen Comment. de Moten. pag. 4. Freytag Selecta ex hist. Halebi pag. xiv et pag. 37 seqq. — 3) De Ichschido ejusque rebus gestis cf. Abulf. Annal. Tom. II. p. 392 et 440.

redactus, a quibus vero mox, astutia adjutus mea, confugi ad Abu becrum Alium fil. Salechi Rudsabaritam, virum virtutibus eximium. Tum narrat se animi recreandi causa peregrinatum ad coenobium quoddam Marrani nomen ferens, in quo, cum a monacho adjutus in familiaritatem viri venerit sagacitate ingenii animique hilaritate eminentis, summa perceperit gaudia. Coenobio illo relicto Damascum ad Saifeddaulam rediit. Tribus annis post mortem Saifeddaulae praeterlapsis anno 359 se Bagdadum convertit, vitamque reliquam cum in hac urbe tum in urbe Mausela traxit. Thaalebius neque annum, quo natus sit Abulfaragius, neque quo excesserit e vita indicat. Hunc ex Abulfedae Annalibus cognitum habemus, illum cognoscere licet ex verbis Abulfaragii, se annum vigesimum agentem Damasci redactum esse sub ditionem Ichschiditarum. Ichschidus enim cum mortem obierit anno 334, auctore Abulfeda, annus, quo Damasci captus est, concluditur circiter trecentesimus trigesimus; itaque natus est anno trecentesimo decimo. Quod si vero Ichschiditas habemus posteros Ichschidi, captus est circiter anno trecentesimo quadragesimo, natus anno trecentesimo vigesimo. Jam quum e vita abierit anno trecentesimo nonagesimo octavo, eum mortuum esse videmus aetatis anno octogesimo octavo aut septuagesimo octavo.

Transeuntes ad quaestionem, qualis fuerit Abulfaragius scriptor et poëta, primum audiamus de ipso judicium Thaalebii. En haecce ejus verba: وهو انجم الآفاق وشامة الشام والعراق وطرف الطرف وينبوع اللطف واحد افراد الدهر في النظم والنثر له كلام بل مدام بل نظام من الياقوت بل حب الغمام فنثره مستوف اقسام العذوبة وشروط الحلاوة والسهولة ونظمه كانه روضة منورة تجمع طيبا ومنظرا حسنا ,,Fuit Abulfaragius lumen regionis splendidissimum, flos Syriae atque Iracae odoratissimus illiusque terrae nobilissimus; gratiae fons, unus e viris hujus seculi singularibus. In carminibus atque in oratione soluta verbis utitur, quae potius habueris pluviam mitissimam vel margaritarum lineam ex rubinis consertam vel baccas nubium (i. e. grandinem, quae nitidissimarum baccarum speciem praebet). Ejus oratio soluta est venustissima, dulcissima et jucundissima, ejusque carmina sunt horti instar florentis, suavem odorem praebentis pulchrumque adspectum.“ De ipsius narrationibus addit: لم اسمع اظرف منها في فنها ولا الطف منها ولا ادب ولا اخف وان كان فيها بعض الطول فانبديع غير مملول ,,Neque audivi unquam in hoc genere excellentius

quicquam, neque elegantius, neque dictione vere arabica perfectius, neque volubilius, et quamquam satis longus est, tamen egregia taedium non movent.“ Nimium esse Thaalebium in laudibus Abulfaragio tribuendis facile equidem largior, attamen non dubito eum optimis sui temporis poëtis adnumerare. In laudandis principibus, simili modo ut Motenabbius, grandiori cothurno incedit, neque tamen in ea re tantopere modum excedit quam Motenabbius, qui e. g. principem suum laudans compositum eum nominat ex Ambaro rosaceo, et reliquos homines ex luto, dum Abulfaragius minus turgida dicendi ratione usus suum principem vocat animum ceterosque homines corpora. Motenabbio et poëtae nostro multae communes sunt imagines, sed peculiaribus etiam utitur noster, iisque admodum venustis, ut ex carminibus libelli nostri videre licet. Hoc loco ex aliis poëtae nostri carminibus singulos quosdam versus adjungere placet, e quibus, quae ejus carminum fundendorum fuerit facultas, appareat. In carmine vini in laudem composito hi leguntur versus venusti:

فهْى نفسٌ لها من الطّين جسْم   لم تُمتّعْ فيه بطول البقاء

„Illud (مُدام vinum) est anima, cui corpus est e luto[1]), neque in illo longa fruitur vita (i. e. non diu servatur vinum mox exhauriendum).“

وتجلّتْ من الحباب بدُرّ يتلاشى (2 باللحظ والايماء

بينما تكتسى به زَرَدُ البلّور حتّى ترفضّ (3 مثل الهَبَآء (4

„(Vinum aqua commixtum) conspicuas facit bullas atque margaritas, quae limis nos adspicientes nobisque adnuentes in nihilum abeunt.
Quibus obtegitur lorica berylli (i. e. poculum), usque dum disperguntur atomorum instar.“

Metrum horum versuum est: Khafif.

---

1) Spectat haec dictio ad vocem دَنّ versus antecedentis, quae est vini seria, quae stare non potest nisi defossa. — 2) Verbum تلشى, jam monente Golio, originem ducit a لا شى. Plura verba ex singulis dictionibus composita enumerata vides ap. Harir. pag. 289. Cf. Ewald in Gram. ar. I p. 90. — 3) رفض, in conj. IX dispersa fuit res; hac significatione legitur in Hamasa p. 128 l. 12. germanice vertas: *zerstieben*. — 4) هَبَاء est secundum Haririi scholiasten pag. 473 pulvis et quod decidit in domum a sole pulveris instar *(Sonnenstäubchen)*.

In alio carmine, quod conscripsit in poculum imaginibus exornatum, hic versus legitur venustissimus:

تغرق فى بحر المدام فيستنقذها شربنا من الغرق

„Submerguntur (illae imagines) vini mari, sed nos bibentes vinum curamus, ne submersae maneant (germanice: *aber unser Trinken rettet sie vom Ertrinken*).“ Metrum est: Monsareh.

In alio carmine dicit de homine ob amissam amatam moerore confecto:

غدت عينه كالجمر حتى كانما سقى عينه من مآء توريده الخد

„Ejus oculi sunt velut prunae, ita ut genae purpurisso suo eos irrigasse videantur [1].“

Metrum est Tavil.

Addo hunc versum artificiosum de Saifeddaula dictum:

نداك اذا ضنّ الغمام غمام وعزمك ان فلّ الحسام حسام

„Liberalitas tua, si nubes est avara (pluviae), est nubes, et consilium tuum, si rumpitur gladius, est gladius.“

Sed jam affatim ostendisse nobis videmur, quale fuerit poëtae nostri ingenium, quod dicunt, poëticum. In omnis generis carminibus feliciter est versatus. Maxime nobis arrident ejus carmina ad Abu Ishacum conscripta. Minoris pretii nobis videntur ejus carmina amatoria. Ut denique, quae poëtae nostri fuerit in soluta oratione dicendi ratio, quodammodo eluceret, exempla quae sequuntur duo adjungere nobis placuit.

In Saifeddaulae laudem haec conscripsit, oratione quae Arabibus dicitur سجع. شهاب ذكاء وطود وفاء وكعبة فضل وغمامة بذل وحسام حق ولسان صدق فالليالى بافعاله مشرقة والاقدار لخوفه مطرقة تحمده اولياوه ويشهد له بالفضل اعداوه يقابلنا البدر من برده ويسملنا السعد من سعده.

„Est flamma acuminis, mons perfectionis, Caaba praestantiae, nubes liberalitatis, gladius justitiae, lingua sinceritatis, ipsae noctes ipsius rebus gestis illustrantur, et fata ejus timore

---

1) Conferendus est ad hunc versum versus qui legitur in Koseg. Chrest. pag. 24 l. 6. De oculis moerore fervidis cf. Haririum p. 290. Amru ben Kolthum Moall. vs. 11 et Motenabbii versum in *Reiske Proben* etc. pag. 29. Proverbialis locutio est: لولا الدموع احترقت الضلوع si non essent lacrymae, adustae essent costae. Burckh. Prov. ar. nr. 586.

obmutescunt; celebrant eum ipsius amici, ipsique inimici testantur ejus praestantiam; luna nobis occurrit ex ejus veste, atque ex ipsius felicitate nos quoque felicitate induimur."

Singularis in suo genere est oratio in laudem Abu Taghlebi conscripta maximamque partem ex nominibus patronymicis composita, quorum expositio longa est et ab hoc loco aliena.

موفر الحسنات مامون الهفوات متناصر الصفات ربعىّ النفاسة حمدانى السياسة نصرى الرياسة عطاردى الذكا موفق الارا شمسى التاثير قمرى التصوير فلكى التدبير للصدق كلامه وللعدل احكامه وللوفاء ذمامه وللحسام غناوه وللقدر مضاوه وللسحاب عطاوه.

Simile عَنْبَرِىُّ البلد bonus viae dux, quales sunt بنو العنبر Kamus Tom. I p. 610 cf. Ham. p. 3.

Finem imponam Prolegomenis adscribens integrum locum de poëta nostro

ex Ebn Challekâno

a Flügelio, viro ut doctrina ita liberalitate eximio, mecum communicatum. Carmina poëtae nostri ab Ebn Challekâno laudata omnia leguntur quoque in codice nostro Thaâlebiano, ita ut hic fons unicus, quem adierit Ebn Challekân, fuisse videatur. Simili modo, quae ad calcem addita sunt de Babbaghae historia, ex opere Thaâlebiano sunt deprompta ita ut fere verbo tenus, brevitatis tantum studio ductus pauca eaque superflua mittens, Thaâlebium descripserit Ebn Challekân. Codicis nostri lectiones fere semper praeferendae sunt lectionibus cod. Eb. Ch. Locus Ebn Challekâni hic est: ابو الفرج —— الشاعر المعروف بالببغا ذكره الثعالبى فى كتاب يتيمة الدهر فقال هو من اهل نصيبين وبالغ فى الثنا عليه وذكر جملة من رسائله ونظمه وما دار بينه وبين ابى اسحاق الصابى واشياء يطول شرحها ومن شعره

يا ساكنى هذه روحى تودّعكم   ان كان لا الصبر يسليها (1 ولا الجزع
قد كنت اطمع (2 فى روح الحياة لها   فالآن اذ بنتم (3 لم يبقه لى طمع
لا عذب الله روحى بالمقام فما (4   اظنها بعدكم بالعيش تنتفع

---

1) In cod. Eb. Ch. omissum est hoc verbum. — 2) Iterum hoc verbum deest in cod. Eb. Ch. — 3) Cod. Eb. Ch. غبتم quod idem significat. — 4) Cod. Eb. Ch. male لها. —

وله ايضا

خيالك منك (1 اعرف بالغرام   وارأف بالمحب المستهام

فلو يسطيع (2 حين خطرت نومى   علىّ لزار فى غير المنام

وله ايضا

ومهفهف لما اكتست وجناته   حلل (3 الملاحة طرزت بعذاره

لما انتصرت على اليمر جفانه   بالقلب كان القلب من انصاره

كملت محاسن وجهه فكانما (4   اقتبس الهلال النور من انواره

واذا النجّ (5 القلب فى هجرانه   قال الهوى لا بد منه فداره

وله فى التشبيه وقد ابدع فيه

وكانما نقشت (6 حوافر خيله   للناظرين اهلّة فى الجلمد

وكان طرف الشمس مطروف وقد   جَعَل الغبارَ له مكانَ الاثمد (7

وله فى سعد الدولة بن سيف الدولة بن حمدان

لا غيث نعماه فى الورى خلب   البرق ولا ورد جوده وشل

جاد الى ان لم يبق نائله   مالا ولم يبق للورى امل

وقد سبق نظير هذا المعنى فى شعر ابى نصر بن نباتة السعدى واكثر شعر ابى الفرج المذكور جيّد ومقاصده فيه جميلة وكان قد خدم سيف الدولة بن حمدان مدة وبعد مدة تنقّل فى البلاد وتوفى يوم السبت سلخ شعبان سنة ثمان وتسعين وثلثمائة [illegible] قال الثعالبى سمعت الامير ابا الفضل الميكالى يقول عند صدره من الحج وحصوله ببغداد سنة تسعين وثلثمائة رايت بها ابا الفرج الببغا شيخا على السن متطاول الامد قد اخذت الايام من جسمه وقوته ولم تاخذ من ظرفه ومن ادبه والببّغا بفتح الموحدة الاولى وتشديد الباء الثانية وفتح الغين المعجمة وبعدها الف وهو لقب وانما لقب به لحسن فصاحته وقيل للثغة فى لسانه ووجد بخط ابى الفتح بن جنى النحوى الفغفا بغايين والله اعلم

---

1) Cod. Eb. Ch. منكر contra metrum. — 2) Id. cod. يستطيع contra metrum. — 3) Cod. Eb. Ch. خلع. — 4) Id. cod. mendose قاما. — 5) Id. الج. — 6) Sic bene cod. Eb. Ch. in cod. Thal. mendose scriptum est نسقت. — 7) Cod. Eb. Ch. mendose الاشد.

i. e. „Abulfaragius — — poëta nomine Babbaghae celebratus. Memorat eum Thaâlebius in libro „Margarita temporis“ inscripto, eumque Nesibi oriundum esse dicit. Magnis eum extollit laudibus, affert epistolarum ejus atque poëmatum exempla plura narratque quae eum inter atque Abu Ishacum evenerint aliasque res, quarum expositio longa est.

Ex ejus carminibus en haecce:

1. O domini, hicce animus vobis valedicit, si non patientia eum eripit vel impatientia.
2. Semper concupiveram animam vitae illius ergo, nunc vero, quum discessistis, ejus desiderium mihi non superest.
3. Ne puniat deus animum meum vita longiore, qua eum, vobis absentibus, frui posse haud credo.

---

1. Spectrum tuum magis quam tu ipsa cognitum habet cupidinem, qua teneor, clementiusque est erga me summo flagrantem amore.
2. Quod si fieri posset, quum tu dormientem tantum me agitas, illud me visitaret quoque non dormientem.

Not. De hujus interpretationis veritate non sum certus.

---

1. Gracili est corpore, ejusque malae indutae sunt pulchritudine atque ornatae venustate ipsius genae.
2. Si contra dolorem, qua ipsius duritie afficior, adjutorem imploro cor, stat cor ab illius parte.
3. Perfecta est faciei illius pulchritudo, ac si jam luna lumen sibi peteret ab illius lumine.
4. Atque cor quum importune rogat, ne discedat, dicit amor: haud evitandum est, jam eam missam fac.

Not. Verum sensum ubique me tetigisse non adfirmo.

E carmine ejus generis, quod nominant تشبيه, *in quo est egregius.*

1. Quasi insculperent ungulae equorum ejus saxo lunas intuentibus, et quasi oculus solis laesus pulvere usus esset loco stibii.

Not. Desumpta sunt haec disticha e carmine longiore in laudem 'Adod ed daulae composito.

E carmine de Saad-ed-Daula fil. Saifeddaulae fil. Hamdani.

1. Nubes liberalitatis, qua hominibus occurrit, non nubes est fulgurans pluviae expers et aqua benignitatis ejus non est exigua.
2. Liberalis est, usque dum neque ejus liberalitas ipsi relinquit opes, neque hominibus relinquitur exspectatio.

His similia inveniuntur in carminibus Abu Nasri fil. Nabâta es-Saâdi.

Multa sunt numero poëmata Abulfaragii supra memorati, quae omnia optima sunt ac pulcherrima. Fuerat ille servus Saifeddaulae fil. Hamdani per tempus aliquod, tum in alias transmigravit urbes mortemque obiit die Sabbati ad finem mensis Schâbani anno 398. Deus, qui celebretur, ei tribuat misericordiam! Narrat Thaâlebius haec sibi retulisse Emirum Abu Fadlum Michaelem, quum rediret ex peregrinatione sacra et Bagdadi versaretur anno 390: vidi Abulfaragium Babbagham senem aetate provectum natuque grandiorem, quum jam deminuissent dies ejus corpus atque vires neque vero ingenii aciem doctrinaeque elegantiam. Babbagha nomen sic scribendum: prima littera instructa Fatha, secunda littera ب Teschdido, غ punctatum Fatha et affixo Eliph, ejus est cognomen, ob eloquentiae venustatem ei tributum, secundum alios vero ob linguam, qua laborabat, blaesam. Apud Abu Fatchum fil. Dschinni Grammaticum scriptum legitur ألغغغا cum Ghain duplici. Deus, quid rectum sit, optime cognitum habet."

CARMINA.

١ ولـيـلـةٍ اوسعَتْنـى	حُسْنـا ولهْـوا وأُنْـسـا
٢ ما زلتُ الثمُ بدرا	بهـا واشربُ شمسا
٣ اذ أطْلعَ الدَّيرُ سَعْدا	لم يُبْقِ مذ غاب نَحْسا
٤ فصار للروح مِنّى	روحا ولِلنفس نفسا

---

١ ويومٍ كأنّ الدهرَ سامحنى به	فعار اسْمُهُ ما بيننا تَبّةَ الدهْرِ
٢ جرَتْ فيه افْراس الصبا بآرتباطِنا	الى دَيْرِ مُرّان المُعَظّمِ والعُمْرِ

Describit poëta in hoc carmine gaudia, quibus fruitus est in coenobio Marrani.

Metrum est Modschtass.

Vs. 2. Lunam بدر intellige amasium, cujus familiaritate Abulfaragius illa nocte usus fuit. Et adolescentes et virgines pulchritudine eminentes lunas appellari constat. Apud Motenabbium praesertim haec dicendi ratio saepe deprehenditur. unum locum laudare sufficiat ex carmine amatorio, ubi de virginibus ille:

عمرك الله هل رأيت بدورا   طلعت فى براقع وعقود

Vitam tuam servet deus! num vidisti unquam lunas prodeuntes in ricis et torquibus? Bohl. de Motennab. pag. 51 cf. praeterea l. l. pag. 52, 56, 65; in Chrest. Koseg. p. [illegible] de duobus adolescentibus: كانهما هلالان من حسنهما. In libro noctium mille atque unius sexcenties nobis occurrit haec dicendi ratio. Eadem utuntur Persae. en hoc exemplum:

ماه نيكوست ولى روى تو زيباتر ازوست

Luna est splendida, verum tua facies est splendidior. Wilken Instit. ad fundam. ling. pers. pag. 23 v. praeterea pag. 62 et 63. Plura ex Hafisio et Wassafi historia hujus rei exempla attulit v. Hammer in Fodinis Orientis Tom. I. p. 6. Nos quoque adolescentis faciem splendentem nominare solemus *ein Vollmondsgesicht*, sed in malam potius quam in bonam partem nobis accipitur. Addam ex Humberti Antholog. p. 124 versum nostro similem hunc:

لم انس ليلة بات البدر يخدمنا
الى الصباح — —

Non oblitus sum noctem, per quam totam nobis luna serviebat usque ad diluculum. — Sole in sequente hemist. vinum significari, vel ex

1. O noctem! quae mihi largita est jucunditatem, lusum et familiaritatem.
2. Usque in illa osculabar lunam atque bibebam solem.
3. Coenobium quum impertiret felicitatem, tum, ubi e conspectu fugit, non reliquit infortunium.
4. Ipsaque animo meo facta est anima, animoque animus.

---

1. O diem! quo velut munere me beavit fortuna; ejus memoria omne, quod interest temporis spatium, oblitteravit.
2. Cucurrerunt illo die equi deliciarum, quum versaremur ad coenobium Marran magnum et templum.

---

verbo bibendi adjecto concluditur. Similis dictionis ex Hafisio adscribam exemplum hoc:

چو افتاب می از مشرق پیاله بر آید
زباغ عارض ساقی هزار لاله بر آید

Sole vini ex oriente poculi oriente, ex horto genae pocillatoris mille lilia oriuntur. — Motenabbius ut voce lunae ita voce solis utitur ad celebrandam virginis pulchritudinem cf. *Reiske Proben der arab. Dichtk. aus Moten.* p. 19 quo loco amatam esse dicit: شمس النهار تقل ليلا مظلما cf. praeterea l. l. p. 37.

Vs. 3. Sens: Voluptatibus magnis in illo fruebar coenobio, eoque relicto jam earum memoria mihi est voluptati.

Vs. 4. Sens: Illae voluptates mihi, quasi vita antea carenti, vitam animamque inflaverunt. Germanice sic reddideris: *mein Geist ward erst (durch jenes Glück) zum Geist gemacht, die Seel' zur Seele angefacht.*

Composuit hoc carmen in memoriam diei, quo versatus est in coenobio Marrani.

Metrum carminis est Tavil.

Vs. 1. Sensus secundi hemist. est: jam nullius pretii habeo, quod istum diem secutum est temporis spatium.

Vs. 2. افراس الصبا ad verbum: equi deliciarum, germanice: *die Renner der Lust.* bene illustrant hanc dictionem verba, quibus alio

٣ بحيث هوى للغوطتين معطر النسيم بانفاس الرياحين والزهر

٤ فكم روضة بالحسن ترفد روضة ومن نهر بالفيض يجرى الى نهر

٥ وفى الهيكل المعمور فيه افترعتها وتحبى حلالا بعد توفية الدهر

٦ وفرقت عن غير الدنانير قدرها فما زلت منها اشرب التبر بالتبر

٧ وحل لنا ما كان منها محرما وهل يحذر المحذور فى بلد الكفر

---

loco utitur Abulfaragius voluptatem, qua in isto fruitus sit coenobio, describens: ثم اقتعدنا غارات اللذة وجرينا فى ميدان المفاوضة i. e. tum conscendimus equos deliciarum et cucurrimus in hippodromo familiaritatis. Similes poëtae nostri dictiones sunt: pluvia gaudii, stellae voluptatis v. carmen inscriptum: de vino et poculo, v. 2 et 3. p. 12. Confer. Arabs. Vita Tim. ubi (Tom. I. p. 196) haec leguntur: كلمات فى ميادين الفصاحة والبلاغة جايلة verba in hippodromis eloquentiae facundiaeque gyrantia. et Harir. Cons. VI, ubi ab initio viri scribendi facultate praepollentes nominantur: فرسان البراعة i. e. equites calami. praeterea Motenabb. in carmine ab clariss. Freitagio (Caab. b. Soheir carmen p. 27) edito Vs. 38. — In codice legitur بارتياحنا, conjicio legendum esse بارتباطنا quod verbum orationis connexui est aptissimum. دير est syriacum ܕܝܪܐ coenobium. — Coenobium Marran, his verbis in codice nostro laudatum: هذا الدير مشهور الموضع فى الجلالة وحسن المنظر, certe ex illorum coenobiorum numero est, quae S. Maro, Maronitarum auctor, exstruxit. Qua de re plura nobis enarrat Assem. Bibl. orient. Tom. I. p. [illegible] Poëta noster in coenobio versatus esse videtur, quod in monte Libani situm ab utroque latere vallibus circumdatum erat. Cf. etiam Edris. Geogr. Nubiens. Clim. III. sect. 5. Aliud Maronis coenobium a Marciano exstructum nominatur ap. Abulf. hist. anteisl. p. 112. — Fortasse tamen in مران latet syriac. ܡܪܢ, ita ut huic coenobio non Maronis sed „Domini nostri" nomen impositum fuisset. عمر templum, ecclesia i. q. alias كنيسة syriac. ܥܘܡܪܐ

Vs. 3. Vox غوطة, qua in specie Damasci regio suavissima insignitur, significat regionem aquis irriguam et plantis arboribusque consitam. Fabula de quatuor paradisis decantata est in Abulf. Syr. ed. Köhler p. 100, Harir. p. 114. Damasci paradisum omnium suavissimum et pulcherrimum fuisse ferunt. De locis fecundis et aquosis Damascum circumjacentibus cf. Abulf. Syr. p. 15. Ibn Elwardi p. 171. Gol. ad Alferg. p. 128. Reland. Palaest. p. 314. 324, viatores, quotquot hanc regionem viserunt, et Encyclop. Hallens. s. v. Damasc.

3. Ubi aura (me afflavit) ex utraque planitie referta suavissimis herbarum florumque odoribus.
4. Quot (isto loco conspiciuntur) horti, qui venustate sua alios ornant hortos, quot rivi, copia aquae gaudentes, in rivos alios profluunt!
5. Atque in aede sacra ibi exstructa illas mihi elegi delicias cum amicis licitas, postquam fortuna concesserat.
6. Omnes alios thesauros harum pretio postposui, neque desii bibere aurum ex auro (i. e. aureo poculo).
7. Hoc enim loco, quae alias vetita sunt, licita nobis videbantur, quid enim evitetur, quod alias evitandum est, in ditione infidelium!

Vs. 4. Sensus est: istius regionis hortos venustate, rivosque aquae ubertate excellere. — رفد donandi significationem habet. Vertimus minus accurate: ornant. germ. *Gärten, die mit ihrer Schönheit andere beschenken.*

Vs. 5. Quaeritur, quo referenda sint suffixa in vocibus فيه et اقترعتها. in duobus, qui proxime antecedunt, versibus nihil est quo ista referas; recurras igitur ad versum, qui antecedit, tertium ibique invenies vocem دير ad quam suff. in فيه et voces افراس الصبا ad quas suff. in اقترعتها bene referas, istosque duos versus proxime antecedentes habeas orationi interjectas.

Vs. 6. Eodem, scilicet ad istos deliciarum equos s. ad delicias se referre videntur duo suffixa ها in قدرها et منها nisi novum, quod dicunt, objectum accipere velis, in poëtae mente reconditum. cf. hac de re de Sacy Chrest. Tom. III pag. 62 cll. II p. 261 et p. 493. — نزّه semovendi significationem habet. ad verbum igitur vertas: semovi ab aliis thesauris illorum pretium i. e. eorum pretium antepono omnibus thesauris. — Vocem تبر exponit Haririi commentator (cf. Har. p. 117), his verbis: التبر ما كان غير مضروب من الذهب sed significat etiam fragmentum vitri. Iusus verborum inesse videtur in hac voce dupliciter posita, ita ut prior aurum i. e. vinum clarum, posterior poculum sive vitreum sive aureum significet.

Vs. 7. Verba وهل يحذر المحذور vario modo exponi possunt. محذور enim, part. pass. a حذر cavit, evitavit rem, significare potest rem evitandam, vel hominem prohibitum sive qui se prohibeat ab aliqua re, ita ut tibi vertere liceat: quid evitetur quod evitandum est; vel passiva sensu reflexivo accipienti: quid se caveat sive coërceat, qui alias se coërcet. Prior exponendi ratio magis placet, quia tum محذور optime respondet voci محرم in primo hujus versus hemist. Quod si mittis codicis lectionem qui in محذور ultimam syllabam habet dhammatam, Dhammae loco ponens Fatham, et antecedens

٨ فأهدت لِيَ الأيامُ فيه مَوَدَّةً دعتْنِيَ فى سِتْرٍ فلبَّيتُ فى سِتْرِ

٩ اتى مَن شريفُ الطَّبْعِ اصدقُ رُغْبةٍ يُخاطِبنى عن معْدن النظْمِ والنثْرِ

١٠ فكَان جوابى طاعةً لا مَقالةً ومَن ذا الذى لا يستجيب الى اليسْرِ .

١١ فلاقيْت مِلْءَ العينِ نُبْلًا وهِمَّةً تُحلّى السَّجايا بالطلاقة والبشْرِ

١٢ وأحْشمنى بالبِرّ حتّى حسبْتُه يُريد اختداعى من جنانى ولا ادْرى

١٣ ونزّهَ عن غيرِ الصفا اجْتماعَنا فكنتُ وايّاهُ كقلبيْن فى صدْرِ

١٤ وشاء السُّرور أنّ يَليتّا بثالث فلاطفنا بالبدر او بأخى البدْرِ

١٥ مُغطّى الجفونِ ما اشتهتْ من جمالِه ومُضّنى القُلوب بالتجيب وبالهُجْرِ

---

futurum futuri activi vocalibus instruens, verba minus difficilia sunt. Sensus est idem: quid evitet, sc. evitans i. e. homo, quod evitandum est. Ecce quae sit poëtae religio, qui in monasterio christiano, a Moslemorum conspectu tutus, nihil moratur bibere vinum!

Vs. 9. Posuimus in textu مَنْ شريفُ, sed legere etiam licet مِنْ شريفٍ i. e. nobilium unus. Eadem ratione utuntur Hebraei praepositione מִן, sed ita semper, ut nomen praepositionem sequens ponatur in plurali. Sic e. g. Dan. 11, 5 rex Austri וּמִן שָׂרָיו et unus ex tribunis ejus. ~~cf. Ex. 6, 25~~ De voce معدن cf. Ham. p. 81 et 506.

Vs. 10. Sensus: Statim ejus desiderio cognito ei morem gessi, non multa verba faciens i. e. non multum mecum reputans, quid sit faciendum.

Vs. 11. — *Plenis oculis* — Oculi ipsius quasi repleti erant obtutu illius viri ingenio eminentis. Similem dictionem deprehendimus apud Haririum pag. 283 ubi canit Abu Said ارقدُ الليلَ مِلْء جفْنى dormio plenis palpebris; i. e. quieto somno sopitus. Similis dictio est hebraica illa מְלֹא כַפְּךָ 1 Reg. 17, 12 מְלֹא חָפְנֵיכֶם Ex. 9, 8.

Vs. 12. جنانى in codice legitur haud luculenter scriptum. ولا ادرى i. e. inopinato. Simili modo saepe in Korano, ut Sur. 16, 28 evertit eos deus ولا يشعرون non opinatos cf. Locm. fab. 28. sic in hebr.

8. Adportavit mihi fortuna illic (gratam) familiaritatem, me invitavit clanculum, atque clanculum obsequutus sum.
9. Mihi obviam venit vir natura nobilis, amore sincerus, me allocutus verba sua hauriens ex fodina poëmatum ac pedestris orationis.
10. Et responsio mea erat obedientia, missis omnibus ambagibus, et quis est, quin lubenter respondeat comitati?
11. Occurri plenis oculis viro ingenio eminenti atque mente, virtutes suas dulces reddenti facilitate atque hilaritate.
12. Tanta me prosecutus est benevolentia, ut talem eum haberem, qui mentem decipere vellet meam, me nescio.
13. Cuivis alii familiaritati nostram anteposuit societatem, ita ut corda redderemur duo in pectore uno.
14. Voluitque laetitia, ut tertius nobis socius se adjungeret, et benigne nobis adduxit lunam vel fratrem lunae.
15. Qui, quod palpebrae optabant, semper assequebatur atque animos tangebat querelis amatoriis suis suaque blanda garrulitate.

Ps. 35, 8 pernicies eum invadat לֹא יֵדָע cf. praeterea Job. 9, 5; Cant. 6, 12.

Vs. 13. وإياه explicare tibi licet vel per معه vel per وهو. Dissentiunt enim inter se Grammatici celeberrimi Sibawaih et Cesái, utrum اياه, e lege accusativum insigniens, poni possit pro هو (nominativo), nec ne cf. Har. schol. p. 388 et Abulf. Annal. Tom. II. p. 74. Similis est usus hebr. את. Copulam و significationem habentem praepositionis مع cum accusativo conjungi constat. Hujus rei exemplum cur celeberr. de Sacy (Gramm. II. p. 65) exemplum statuerit locum Korani Sur 2, 33, nescio, quum isto loco lectio nominativi وزوجُك omnibus, quod scio, accepta sit.

Vs. 14. يَلِيَنَا pro يَلِيَنَا per licent. poët. Tertius, qui iis se conjunxit, est puer viri illius, quem in coenobio visitaverat poëta noster, formosus.

Vs. 15. Verba, quae in codice leguntur معطى لجفون ما استهت من حسانه sensum non praebent; quid vero poëta sibi velit ex sec. hemist. apparet; ex conjectura igitur posuimus مغطى atque اشتهت cum puncta diacritica in codice saepius desiderentur. Verti ad sententiam; verba autem sic fere habent: qui palpebris tegit, quod sibi expetunt lytrum; ضنى in st. IV affligendi significationem habet, germanice sic vertere placet: *der die Herzen zu bethören wusste durch Liebesseufzer und durch Schmeichelworte.*

١٦ جَنَيْنا جنيَّ الورد في غير وقْته   وزهر الرُّبا من روض خدّيه والثغْر

١٧ وقابلَنا مِن وجهِه وشَرابه   بشمْسَيْن في جنْحَيْ دُجا الليل والشَعْر

١٨ وغنّى فصار السمْع كالطرْف آخِذا   باوْفر حظٍّ من مَحاسنه الزهْر

١٩ وأَمْتعَنا مِن وجنَتَيْه بمثلِ ما   تمزّج كفّاه مِنَ الماء والخمْر

٢٠ سرورٌ شكرْنا مِنّة الصحْوِ اذ دعا   اليه ولم نشكُرْ به منّة السكْر

٢١ كأنّ الليالي نُمْنَ عنه فعِنْد ما   تنبّهْنَ نكّبْنَ الوفاء الى الغدْر

٢٢ مضى فكأنّي كنتُ فيه مُوهّما   تُحدِّثُ عن طيف الخيال الذي يسْرى

٢٣ وهلْ يحْصُل الانسان مِن كلّ ما به   تُسامحه الايام الّا على الذكْر

Vs. 16. Similibus imaginibus delectatur Motenabbius. cf. Bohlen comment. de Moten. p. 53 ubi haec inveniuntur verba: ايا خدد الله ورد الخدود i. e. o laceret deus rosam genarum! Addimus versum ex Reiskii *Proben der ar. Dichtk.* pag. 23, qui sic videtur corrigendus esse:

كم قتيل كما قتلت شهيد   لبياض الطلى وورد الخدود

i. e. quot sunt occisorum, quomodo ego occisus sum, candore collorum et rosa genarum. — في غير وقته respondet graeco ἀκαίρως, ἔξωρος tempore quod non rosarum tempus erat.

Vs. 17. Unus orbis solaris est facies, alter potus; sensus est: et facies et potus speciem solis retulerunt. Duplex caligo est tum ipsius noctis, tum capillorum nigro colore insignium, quales maxime laudantur ab Arabum poëtis. cf. Bohl. l. l. p. 52; Amrulk. M. vs. 33. cf. etiam Cantic. V. 11.

Vs. 19. E more Arabes non merum vinum sed aqua dilutum bibebant cf. versum 2 Moall. Amr. b. Kolth. et Kosegart. not. ad hunc vers.

Vs. 20. Sensus: vinum, quatenus hilarem reddit animum, celebrandum est ut gratum donum neque vero quatenus ebrium facit hominem. Ebrium vino factum esse illum virum, cujus hospes erat poëta noster, in historia antecedente nobis narratur, quam ebrietatem his

16. Carpsimus recentes rosas tempore non suo floresque montanos in hortis genarum ejus atque oris.

17. Obtulit nobis facie sua et potu duo solis orbes in noctis et capillorum duplici caligine.

18. Cantum edidit, et auris aeque atque oculus summum percepit gaudium e pulchritudine ipsius eximia.

19. Voluptate fruiti sumus ex genis ipsius sicuti ex potu, quem miscuerunt manus ejus aquâ atque vino.

20. Laetitiae gratias habuimus pro munere sobriae hilaritatis, quum ad hanc vocaret, non item pro munere ebrietatis.

21. Quasi requieverint ipsius loco noctes, quae cum evigilarent, verterunt fidem in perfidiam.

22. Discessit, sed ego mihi cum eo videbar colloqui in somni visis, quae mihi occurrebant.

23. Quid, quaeso, homini ex omni bono, quo dies ipsum donant, remanet praeter memoriam?

---

verbis jocose videtur perstringere. سرور est nomin. absol. orationi praemissus.

Vs. 21. Hoc sibi vult: Noctu homines requiescere solent, et nox quasi pervigilat noctem; sed vice versa noctes requiescere videbantur, illo vigilante. sed cum expergefactae essent i. e. cum evanescerent, verterunt fidem in perfidiam; quid his posterioribus verbis sibi velit poëta non clare apparet. Num verum sensum tetigerim, ita haec verba interpretans: „noctibus his praeterlapsis gaudium, in quo versabar, evanuit," nescio. Ceterum conferenda est dictio Haririi (pag. 286) وأُساهِرُ النُّجومَ quam scholiastes ita exponit: أُمضي الليلَ بلا نَوْمٍ كما تُمضيه النجومُ.

فى ابى محمد جعفر بن محمد بن ورقا

١ جادَ رَبْعًا حللتَه يا هُمامُ مِن نَدا كفّك العَزيز رِهامُ

٢ فقبيحٌ إِنِ ٱستزرتُ له ضو ب غمام وفيه منك غمام

٣ ما بأرضٍ لم تَبْدُ فيها صَباح ما بدارٍ حللتَ فيها ظَلام

٤ فاذا ما حللتَ فى بلد فهـــو جميع الدّنيا وانت الأنام

٥ سُودَدٌ عنده التفاخر ذُلّ ونَدًى عنده الكرام لِيام

Praemisit poëta huic carmini verba aliquot oratione soluta carminis ambitum et elegantiam justo minorem excusantia, quae hic adscribamus: وقد كنتُ اوثر أن (لا) يصدر كتابى هذا الّا بقصيدة فى الامير غير ان الوقت لم يتّسعْ لِما أُوثرهُ فانفذتُ هذه الابيات وارجو ان يكون موقعَها — وواللهِ ما حبستُ فيها ولا فيما تقدمها من المنثور عنان القلم i. e. voluntatem suscepi ut mitterem litteras una cum Kasîda (carmine longiore) de Emiro composita, sed mihi non satis temporis concessum erat ad perficiendam voluntatem; itaque hosce tantum versiculos misi, sperans ut pro illa accipiantur — — atque, per deum! neque in illis neque in oratione soluta iis praemissa calami habenam continui i. e. non multum operae navavi in illis conscribendis. —

Metrum Khafîf.

Vs. 1. ربع tum est locus ubi veris tempore habitant, a رَبَع tempore verno fuit, tum domus, habitaculum ubicunque est cf. Zohair M. vs. 6. Monente Schultensio ad Haririi Consessum tertium (p. 134) voce veris (ربيع) insignitur vir opulentus et munificus, et mansione verna (مربع) conditio viri opulentis. Ceterum haec vox referenda est ad verbum ربض, cubavit quod respondet hebr. רבץ. — هُمام — Schultensius in Excerptis ex Ispahanensi (pag. 16) principem nominari dicit همام, a هَمّ curas agitavit, quasi ardua curantem molientemve.

Vs. 2. فقبيح turpis essem sive turpe esset. زار in st. X est: ro-

Carmen compositum in laudem Mohammedis Dscha'feri fil. Mohammedis fil. Warka.

1. Irrigat habitaculum, in quo quiesco, o heros! pluvia eximiâ e manus tuae liberalitate continua.
2. Turpe esset, si pluviam mihi expeterem nubium, quum jam tu mihi sis nubium loco.
3. Terra, in qua tu non versaris, aurora caret, neque domum, in qua tu habitas, intrant tenebrae.
4. Quod si tu adis urbem, illa universi mundi instar est, tuque ejus creaturae.
5. Principatus (tibi est), quem summis laudibus non merito possis celebrare, liberalitas qua multo minor est omnis gloria.

---

gavit ut visitaret. ad verbum igitur vertendum esset: turpis essem si rogarem ut visitaret id (habitaculum meum) pluvia nubis, quum jam tu in eo sis nubes. sens.: jam animi ingrati atque insatiabilis opprobrium in me caderet, si ex te, qui tanta me prosecutus es liberalitate, plura expeterem beneficia. Liberalis saepissime cum nube vel pluvia comparatur. exempla plura inveries apud Bohlen comment. de Mot. p. 64. 80. Addere placet versum ex alio poëtae nostri carmine, in quo Saifeddaulam nubem appellat:

يا عارض لم اشمّ مذ كنتُ بارقَه   الا رُويتُ بغيث منه قطّال

O nubes, cujus fulmen, dum vivo, non intuitus sum
nisi irrigatus ejus pluvia continua.

Vs. 3. Sic poëta quidam in Koseg. Chrest. pag. 160 dicit de amata:

مُذْ غبتِ عنّى غدا ليلى بلا سحَرِ

Ex quo me deseruisti, noctes mihi erant, quas aurora non sequebatur; et Motenabbius de Saifeddaula (v. Bohl. p. 76):

وظنهم أنّك المصباح فى حلب   اذا قصدت سواها عادها الظلم

Et sententia eorum est, te esse lampadem Halebi; quando discedis ab ea (urbe) in tenebris moratur.

Vs. 4. Cf. similis Motenablii versus hic:

ومنزلك الدنيا وانت الخلايق

mansio tua est mundus, tu creaturae (carm. Moten. ed. Horst vs. 27. cf. v. Bohl. p. 79).

٦ وسجايا كأنّها الروض الّا أنّها للعدوّ موت زؤام

٧ انتم أنفس العلا يا بنى ور قاء والناس كلّهم أجسام

فى الخمر والقدح

١ بانقفص للقفص منزل كثب ما للتصابى فى غيره ادب

٢ جادت به ديمة السرور وحـــلّ اللهو فيه وعرّس الطرب

٣ دارت نجوم السرور فى فلك منه له من فتوتى قطب

٤ من كلّ جسم كأنّه عرض يكاد لفظا بالروح ينتهب

٥ نور وإن لم يغب ووهم وإن صحّ وماء لو كان ينسكب

Vs. 7. Simili eaque nimia laudandi ratione utitur Motenebb. (v. Bohl. l. l. p. 20) in hoc versu:

رجل طينه من العنبر الور د وطين العباد من صلصال

Vir cujus substantia est ex Ambaro rosaceo,
substantia hominum reliquorum ex luto.

Versum ultimum hujus carminis, ejus sensu mihi non plane perspecto, hic adscribam:

سخط المال من اكفكم ما حمدته السيوف والاقلام

Metrum est Monsareh.

Vs. 1. قفص, auctore Firusabadio Kamus Tom. I p. 881 locus est inter Bagdadum et Ocbaram situs. Alterum قفص quid sibi velit, dubitari potest. apud Golium nulla, quae sensui apta esset, significatio reperitur. Succurrit nobis idem Firusabadius qui hanc vocem, sed ق cum Fatha instruens, exponit per الخفّة والنّشاط; in codice utraque vox vocalibus omnibus destituta est. Quod si vero codicis lectionem falsam habueris, optime cum Fleischero doctissimo leges قصف, qua voce Arabes de ludicris atque voluptatibus saepissime utuntur (cf. de Sacy ad Abdoll. p. 402. librum noctium mille atque unius ex edit. Habicht

6. Virtutes, quibus emines, hortorum speciem prae se ferunt, nisi quod mortem hostibus accelerant.
7. Vos animae estis nobilitatis, o filii Warkae, ceteri homines nil nisi corpora.

Vinum et poculum.

1. In Kofsi terra arenosa hilaritatis est deversorium, neque aliâs juvenilibus deliciis locus est elegantior.
2. Copiose ibi fluit pluvia gaudii, jocus ibi solutus est, ibique sedem habet voluptas.
3. Stellae gaudii circumvertuntur in illius orbe (i. e. in poculo), qui liberalitati meae suum debet polum.
4. Ex omnibus corporibus quasi id est, quod verbum una cum animo eripit.
5. Lumen est, quamquam non occidit, nugae, quamquam verae, et si effunderetur, aqua.

Tom. II p. 315). In codice nostro eadem in hoc versu nobis occurrit:

يا عامرَ العُمرِ بالفُتوّة والـــقصف وحثّ الكؤوس والطرب

Heus tu! qui vitam degis in liberalitate, in voluptatibus, inter pocula atque delicias. — كُثُب plur. a كثيب tumulus, collis arenaceus hoc loco, ut Arabum dicendi ratione utar, positum est ut بَدَلٌ vocis منزل. proprie igitur منزل كثب est: mansio e tumulis arenaceis constans.

Vs. 2. Suffixum in بِه referendum est ad قفص in antecedente versu prius; eodem referas in seq. versu suffixum in منه, vel ad poculum ipsum.

Vs. 3. „Liberalitati meae suum debet polum.“ Sens.: ego, quae est mea liberalitas, poculum totum implevi vino. فلكي, alibi orbis coelestis, hic poculum significare videtur, quod circumfertur.

Vs. 4. Jam transgreditur ad singulas vini virtutes describendas. — „*Quod verbum una* etc.“ sens. esse videtur: vinum id esse, quo totus occupetur animus. Vinum expergefacit animum, hominem reddit loquacem, animique cogitationes manifestat.

Vs. 5. وَهْم opinio, opinio falsa. Vertimus hic: nugae *(Tand)*. — وَهْم وأن perraro tantum in hoc metro ultimi anapaesti syllaba prima producitur. aliquot hujus rei exempla attulit Ewald. in Metr. sua

٦ لا عَيْبَ فيه سِوى اذاعَته السرّ الّذى فى حَشاه يَحْتَجِب

٧ كأنّما صاغه النِفاق فما يَخْلص صِدْق منه ولا كَذِب

٨ فهو الى لَوْن ما يُجاوِره على اخْتِلاف الطباع يَنْتَسِب

٩ فالراح بدر والجام هالته والأفق كفّ والأنجم الحَبَب

١٠ حالَ به الماء عَنْ طَبيعَتِه بالمزج حتّى خلناه يلتهب

١١ ونحن فى مَجْلس تُدير به الخمرَ علينا الاقداح والقلب

١٢ يَنْسى بأوطانه الحنين الى الاوطان مَنْ للسرور يغترب

١٣ لَوْلا حِفاظى المشهور ما امتنتْ من بعد بغداد سَلْوتى حَلَب

---

p. 72. — In codice nostro legitur وهُمْ grammaticae quidem contrarium, sed ad metrum aptius.

Vs. 8. Poculum (crystallinum) vini ei infusi colorem accipit. Alio in carmine vinum hominis colorem ipsum circumferentis permutare dicit. En hicce versus.

وكانّ المدير فى حلّة البيضا منها فى حلة صفرا

Ac si circumferentis (vinum) vestis alba eo permutaretur in vestem flavam.

Vs. 9. Sequuntur versus duo satis obscuri, quos hic adscribam, ut a doctioribus illustrentur.

اذا اتاه اللجين اكذبه بالراح فى صبغ جسمه الذهب
حلت عروس المدام حالية فيه علينا الاوتار والنخب

Vs. 10. Eadem vini virtus laudatur in hoc versu in Koseg. Chrest. pag. 162.

اذكى المزاج لهيبها فعجبت من ماء به فى الكاس شُبّ سعيرُ

Aqua commixta vino inflammat ejus flammam, et admirationem mihi injicit aqua, qua in poculo exardescat ignis.

Adjungere placet hunc poëtae nostri versum:

ما توهمت انّ فى العا لم نارا تُذكى بقرع الماء

Nescivi esse in mundo ignem, qui aqua infusa inflammetur.

6. Nihil vitii in illo est, nisi quod divulgat secretum, quod in visceribus est inclusum.

7. Ac si hypocrisis ipsa ipsum formaverit, neque pura veritas in illo est neque purum mendacium.

8. Illius rei, quae ipsi propinqua fit, etiamsi diversissima sit hujus natura, trahit colorem.

9. Vinum autem est luna, poculumque ipsius halo, horizonque est manus mea, stellaeque sunt ipsius bullae.

10. Eo naturam suam permutat aqua, quum eam commisces (vino), ita ut inflammatam eam habeamus.

11. Nosque considemus in orbem, ubi circumferunt nobis vinum pocula circumeuntia.

12. Obliviscitur in hac sede desiderium sedis patriae, qui ad gaudium migrat.

13. Quod si non patriae cura mihi esset laudata, non remaneret post Bagdadum solamen meum Halebum.

قَرْع a قرع propr. pulsavit fores, percussit, perculit. germanice reddideris: *Zuschlag*. Simili modo voci ضَرْب, cui ab origine verberandi notio inest, tum vero significanti speciem, respondet nostrum: *ein Schlag* e. g. *von Menschen* i. e. *eine Gattung von Menschen*.

Vs. 11. قَلْب sec. Gol. est inversio labii. Sensus hic latior statuendus est. german: *die Runde*. — Locus vitam commodam et gaudia praebens hominem in patriae oblivionem adducit. Venuste Motenabbius:

وما بلد الانسان غير الموافق

de Sacy Chrest. III pag. 20.

Vs. 12. حنين desiderium. eadem significatione legitur apud Haririum p. 115.

Vs. 13. Quod si mihi non patriae s. familiae cura esset, nunquam Bagdado relicto Halebum redirem. حِفاظ est defensio honoris et gloriae in tuenda familia, cf. Ham. p. 48. Simili sensu legitur حفيظة in primo Hamasae carmine vs. 2, ad quem locum cf. Schultensium.

فى صفة معصرة

١ ومعصرة أنخت بها وقرن الشمس لم يغب

٢ فخلت فراها بالرا ح بعض معادن الذهب

٣ وقد ذرفت لفقد الكر م فيها اعين العنب

٤ وجاش عباب واديها بمنتهل ومنسكب

٥ وياقوت العصير بها يلاعب لؤلؤ الحبب

٦ فيا عجبا لعاصرها وما يغنى به عجبى

٧ وكيف يعيش وهو يخو ض فى بحر من اللهب

فى النرجس

١ ونرجس لم يعد مبيضه الكاس ولا أصفره الراحا

Metrum est Vafer dimeter, qui rarius deprehenditur, cum trimeter fere solus in usu sit. cf. Ewald de metr. carm. ar. pag. 56.

Vs. 1. قرن **propr. cornu dicitur de radiis solis, orientis maxime cf. Har. p. 50. (cf. cornua lunae) in lingua hebr. semel legitur** קַרְנַיִם **de radiis fulguris Hab. 3, 4. Verbum denom.** קָרַן **radiandi, splendendi signif. habet Ex. 34, 29.**

Vs. 2. فرار **secundum Golium est os et locus oris. Reddideris germanice per: *Mündung*. Sed nobis ipsis admodum suspectam esse hanc nostri hemistichii explicationem confitemur. Fortasse legendum est** قرارها**, et vocis** راح **altera, vini scilicet, tenenda significatio. — In Koseg. Chrest. p. 142** معدن **legitur de apium cellis.**

Vs. 3. Uvae quasi lacrymas effundebant, quum a vinea remotae in prelo exprimerentur.

Vs. 4. بمنهل و — — **vel accipias participia, qualia leguntur in Amrulk. Moall. vs. 34** تصل العقاص فى مثنى ومرسل **erratque ejus coma partim nodata, partim libere dimissa cf. vs. 32 et vs. 40; vel formas infinitivi. cf. Roedigerus in glossar. ad Locm. fab. s. v.** قلب**.**

Torcular.

1. Ad torcular consedi, cum solis orbis nondum occidisset.
2. Habuique ipsius os, laetitia elatus, fodinam quandam auri.
3. Jamque lacrymas effuderunt in eo, desiderio vineae affecti, oculi uvarum.
4. Et efferbuit aqua ipsius fluminis copiose profluens atque effusa.
5. Rubinus musti in eo collusit cum margarita bullae.
6. Miror eum qui illud exprimit, nec unquam satis eum admirari queo.
7. Quomodo vitam sustinere potest, quum se immittat in mare inflammatum!

Narcissus.

1. Narcissi color albus aequat poculum (argenteum), ejusque color flavus vinum.

Plura hujus generis carmina maximam partem venustissima leguntur in Koseg. Chrestom. inde a pag. 168 usque ad finem libri. Carminis nostri metrum est Sarih.

Vs. 1. Difficultatem non parvam praebet vox, quae in codice legitur نعد certe corrupta. Posuimus ejus loco يَعُدْ ita ut ad verbum vertendum esset: non avertit ejus albedo poculum, bene sentientes admodum duram esse hanc dicendi rationem atque alius codicis lectionem meliorem exspectantes. — Adscribam hic versus de Narcisso ex primo Sojuthi consessu, quos codici Gothano depromptos Roedigerus, praeceptor veneratissimus, summa, qua est benignitate, mecum communicavit.

عيون اذا عاينتها فكانها دموع الندا ما بين اجفانها در
محاجرها بيض واجفانها صفر واجسامها خضر وانفاسها عطر

Oculi, quos si inspicis, tibi esse videntur lacrymae roris, quod inter eorum palpebras est, margarita. Circuitus oculi est albus, ejusque palpebra flava; ejus corpus est viride, animusque aroma. — Ex eodem codice sunt hi versiculi ludicri de narcisso dicti:

ارى النرجس الغضّ الزكيّ مشمّرا على ساقه فى خدمة العبد قايم
وقد ذل حتى لف من فوق راسه عمايم فيها لليهود علايم

٢ تُخَالُ أَقْحَافُ لُجَيْنٍ حَوَتْ   مِنْ أَصْفَرِ العَسْجَدِ أَقْدَاحَا

٣ كَأَنَّهَا تُهْدِى التَّحَايَا بِهَا   لُطْفًا الَى الأَرْوَاحِ أَرْوَاحَا

٤ تلهى عَنِ الظَّبْىِ اذا ما رَنَا   وَتُخْلِفُ المِسْكَ اذا فَحَا

٥ أَحْبِبْ بِهِ مِنْ زائِرٍ رَاحِلٍ   عَوَّضَ بالاحْزانِ أَفْرَاحَا

٦ فَانْتَهِزِ الفُرْصَةَ فى قُرْبِهِ   وَكُنْ الى اللَّذَّاتِ مُرْتَاحَا

فى الوَرْد

١ زَمَنُ الورد أَظْرَفُ الازمان   واوان الربيع خير اوان

٢ أَشْرَفُ الزهر جاء فى اشرف الدهر   فَصِلْ فيه اشرف الاخوان

٣ وَأَجْلُ شَمْسَ العُقار فى يد بدرٍ   أَلْحُسْن تَخْدُمُك مِنْهما النيّرَان

٤ وَأَدِرْهَا عَذْرَاءَ وَانْتَهِزِ الإِمْكَان من قبل عائق الامْكَان

٥ فى كُؤُوس كأَنَّها زَهَرُ الخَشْخَاش ضُمَّتْ شَقَائِقُ النُّعْمان

Video narcissum recentem nitidumque superbientem in caudiculo suo, in servitu servi stantem.
Jamque humilis est, [illegible] involvitur ejus caput cidaribus, in quibus signa Judaeorum conspicis.

Narcissi color flavus aequat flavam Judaeorum cidarim.

Vs. 3. Femininum in كانها et in sequentibus referendum est ad nomina pluralia in secundo versu. Minus accurate vertimus haec verba ad narcissum ipsum ea referentes. — تَحَايَا forma pluralis esse videtur singularis تَحِيَّة salutatio, ut خَطَايَا plur. est singularis خَطِيَّة peccatum. usitatus hujus nominis pluralis est تَحِيَّات. — لُطْفًا accusativus nobis adverbio exprimitur: benigne. — *Injicit animam animae* — fere eadem verba legimus in primo carmine. — In codice mendose certe ضَبْى pro quo posui ظَبْى. — تخلف germanice ad verbum: *sie lässt folgen* i. e. *sie lässt hinter sich* i. e. superat.

2. Scutellarum argento confectarum speciem tibi praebet, quae in se contineant pocula flavi auri.
3. Quasi ille benigne te salutans animae tuae veram injiceret animam.
4. Oblectat animum magis quam dorcas, quum leniter te adspicit, superatque moschum, quum odorem spirat.
5. Carus est, ut hospes peregrinans, qui moerorem convertit in gaudium.
6. Jamque arripe occasionem, quae illum tibi adpropinquat, atque te totum da gaudiis.

Rosa.

1. Tempus rosae est tempus amoenissimum, diesque veris sunt dies optimi.
2. Praestantissimus flos provenit tempore praestantissimo, jamque illo te conjungas fratribus praestantissimis.
3. Promasque solem vini, ministrante poculum juvene pulchritudine lunam aequante, et ecce tibi praesto sunt duo fulgentes.
4. Fac ut circumferatur virgo, atque arripe occasionem, priusquam aliquis illam a te dimoveat,
5. In poculis papaveris speciem praebentibus Anemonisque flores in se continentibus.

Vs. 5. Ad verba أَحْبِب بِهِ cf. verba Haririi اكرم بِهِ (pag. 30), et quae de iis disputavit scholiastes. — من زائر vel eodem sensu accipiendum quo accusat. زائرًا, vel sensu comparativo *magis quam*. — Hospitem Arabes hospitalissimi eum habent, qui hilaritatem adferat.

Metrum carminis est Chafif.

Vs. 3. Jam poëta rosae descriptionem relinquens transit ad vinum celebrandum. — Cui sol vini porrigitur in manu lunae, ei quasi ministrant res duae fulgentes.

Vs. 4. Nescio an recte verterim. Vinum poëta videtur virginem nominare. Certe hunc sensum approbare videtur carminis versus ultimus.

Vs. 5. خَشْخَاش est papaver. Multa sunt papaveris genera co-

٦ وٱختدِعْها عنْد النزال بِأنْفا ظ المَثانى ومُنْطرِبات الأغانى
٧ فهى أوْلى مِن ٱلعرائِس أن زُفّــتْ بعَرْف النايات والعيدان

---

١ لَقَدْ عَزّ العَزاء علىّ لمّا تصدّى لى ليقتلنى الصّدودُ
٢ اذا بَعُد الحَبيب فكلّ شىء مِن الدنيا ولَذّتها بَعيدُ

---

١ حصلْتُ مِنَ الهوى بك فى مَحلّ يُساوى بين قربك وانفراق
٢ فلَوْ واصلتَ ما نقص اشتياقى كما لو بِنْتَ ما زاد اشتياقى

---

١ يا مُسْقمى بِجُفون سُقْمُها سَبَبٌ الى مُواصَلة الاسْقام فى جَسَدى
٢ وحَقّ جفنيك لا استعفيت من كمد دهرى ولو مُتُّ من هَمّ ومن كمد
٣ عذرتُ مَن ظل فى حُبّيك يحسدنى لِأنّه فيك مَعْذور على حسدى

---

lore distincta. hic tibi cogites papaver album s. flavum. — شقائق s. شقائق النعمان est flos Anemone, cui color ruber.

Vs. 6. *Vinum decipe* etc. h. e. exhilares animum inter bibendum audiens cantatrices atque citharoedas. — مثانى plur. a مَثْنَى propr. duo versus, distichon.

Vs. 7. نايات a pers. ناى, نايه fistula arundinea, arundo odorata. — عيدان plur. ab عود lignum, spec. lignum aloës, agalloche.

Vs. 1. Ecce verborum lusum in pr. et sec. hemistichio! عزّ est: rara, cara fuit res. عَزَاءٌ patientia. — صَدَا in st. V est: rem aggredi, obviam fieri alicui. صُدود est n. a. a صدّ vultum avertit, declinavit. — Metrum est Vafer.

6. Vinumque decipe, dum circumfertur, verbis carminum et citharoedis canentibus.
7. Ex omnibus sponsis vinum dignissimum est, quod domum deducatur ad conjugem arundinis odoratae atque aloës odoribus conductum.

---

1. Jam mihi rara facta est patientia, quum discessus tuus, quo vita expellar, mihi instet.
2. Quod si a nobis remotus est, quem amore complectimur, jam omnes res mundi ejusque deliciae nobis sunt remotae.

---

1. Tui amore affectus redactus sum in statum, qui mihi aequalem reddit praesentiam atque absentiam tuam.
2. Si mecum te conjungeres, non deminueretur desiderium meum, sicuti, si discederes a me, non augeretur (augeri posset).

---

1. O tu, quae palpebris me reddis languidum, quarum languor causa est magni languoris, quo corpus meum adfectum est:
2. Per tuas palpebras! non expeto dolore liberari per totam vitam, etiamsi conficerer curis atque dolore.
3. Excusatum habeo eum qui propter meum tui amorem mihi invidet, quippe cum te ipsa excusatus sit de sua mei invidia.

Vs. 1. Sensus: te praesente aeque et absente te semper eodem desiderio flagro. Metrum est Vafer.

Vs. 1. Simili modo Motenabbius: — — اعارنى سقم جفنيه aegrotum me fecit morbus ciliorum ejus. de Bohl. Comment. de Moten. pag. 53. cf. l. l. pag. 50. — سقم, aegritudo, de languore (*Schmachten*) oculorum ut فتر.

Vs. 2. وحقّ, obsecrandi formula frequentissima. Sic: بحقّ آبائك per jus majorum tuorum. N. T. interpres graecum ἀμην semper reddit per الحقّ e. g. Mth. 6, 3.

Vs. 3. Sensus: Qui te cognitam habet, jam jure ei invidet, quem tu habes in amore. — Metrum est Basit.

---

١ علمتُ طَيْفكَ اجْفانى فما هَجَعتْ عيناىَ الاَّ وطيْف منك يطرقنى
٢ فكيْف اشكر مَن إن نمتُ واصلنى بالطيف مِنه وَإن لمر اغف قاطعنى

---

١ أَوَلَيْس مِن احدى العجايب انّنى فارقته فحييت بعْد فراقه
٢ يا مَنْ يحاكى البدرَ عند تمامه ارحمْ فَتًى يحكيه عند محاقه

---

١ ابا الفرج آسْلَمْ وآبْقَ وآنْعَمْ ولا تزل مَزيدك صَرْفُ آلدّهر حظّا اذا نَقَصْ
٢ مَضى زَمَنٌ تَسْتامُ وُدّى غالِيًا فأرْخصتْه والبيْعُ غالٍ ومُرْتَخَصْ
٣ وآنَسْتنى ومَحْبَسى بِزِيارة كشفْتَ بها عن صاحب لك قد خلصْ

Conferendus est ad hunc locum de Bohlen in l. l. pag. 59. ubi hic Moten. versus:

ازاير يا خيال ام عايد ام عند مولاك اننى راقد

Num visitatrix venis o imago, an ad me quasi aegrotum videndum?
Putatne domina ~~tua me esse dormientem~~?

Metrum est Basit. Vocula قد quae in codice praemissa ~~est~~ verbo علمت, metri causa fuit delenda.

Mortem afferre separationem in hoc Motenabbii versu dicitur:

وكم للهوى من فتى مدنف وكم للنوى من قتيل شهيد

Quot juvenes sunt aegroti ob amorem! et quot occisi sunt martyres ob separationem!

de Bohlen l. l. pag. 50. — Metrum est Kamel.

De Abu Ishaco pauca disseruit Abulfeda Annal. Tom. II pag. 548 et 582. Mortuus est anno H. 384 annum agens nonagesimum primum

1. Tui spectrum cognitum habeo, quod me vexat, ita ut oculi mei noctu non requiescant, nisi tui spectrum conspicientes.
2. Qui vero ego celebrem eum, qui dormienti mihi adducit hoc spectrum, expergefacto vero illud abducit.

---

1. Nonne hoc est e miraculis, quod ab eo discessi (discedere potui), atque in vita sum postquam ab eo discessi?
2. O tu, qui aequas lunam, cum plena est, miserere viri, qui illam aequat, quum obscurata est.

Epistola Abu Ishaci ad Abulfaragium conscripta.

1. Salve Abulfaragi, deusque vitam tibi proroget et tibi sit propitius, neque desinat tibi augere fortuna felicitatem, si quando ea defecerit.
2. Praeteriit tempus, quo tu magni habebas pretii amicitiam meam, quum ego ejus pretium vile haberem, itaque eandem rem magno simul pretio et parvo emimus.
3. Exhilarasti me meumque carcerem, quum me visitares, et detersisti moerorem ab amico tuo sincero.

---

in summis rerum angustiis et miserabili inopia. Ejus plenum nomen fuit: ابو اسحق ابراهيم بن هلال الصابي. Sequens carmen in carcere, in quo quatuor per annos tenebatur, conscripsit. Anno 371 Adad ed daula, idem qui poëtam in carcerem conjecerat, eum libertati reddidit. Hujus poëtae versiculus unus laudatur a Schroedero in libro: de vest. mul. etc. p. 5.

Metrum est Tavil.

Vs. 1. Accusativus حظا conjungendus est cum مزيدك.

Vs. 2. In codice satis incorrecto legitur غالبا pro quo ob vocem sec. hemist. illi respondentem غال melius legendum esse غاليا conjecimus.

Vs. 3. Codicis lectio كشفت بها كمدا عن الحر metrum laedit; ejecta voce كمدا, quae explicandi causa adjecta videtur, metrum restituitur. Dictio كشف عن est elliptica, in qua ut in dictione جلا عن (cf. Ham. p. 46 schol.), quae ejusdem est significationis, accusativus objecti est omissus. Alia hujus elliptici dicendi generis exempla invenies apud Arabs. Vita Tim. ed. Gol. p. 83 et 84.

٤ ولكنّها كانت كحسوة طاير   فواقًا كما يستفرص السارق انفرص

٥ وأحسبك استوحشت من ضيق محبسي   وعادك عبد من تذكرك القفص

٦ كذا الكرز اللماح ينجو بنفسه   اذا عاين الأشراك تنصب للقنص

٧ فحوشيت يا قس الطيور بلاغة   اذا أنشد المنظوم او درس القصص

٨ من المنسر الاشغى ومن حزة المدى   ومن بندق الرامي ومن قصة المقص

٩ ومن صعدة فيها من الدبق لهذم   لفرساكم عند اللقا بها قنص

١٠ فيذا دواهي الطير وقيت شرها   اذا الدهر من احداثه جرع الغصص

Vs. 4. Ut bene intelligamus vocem فواقا, adeamus Haririum, ubi pag. 283 haec leguntur: تفوّق اى شرب شيأ بعد شيء يقال تفوّق الفصيل اللبن اى شربه فواقا فواقا والفواق ما بين الحلبتين من الوقت Haec sibi vult poëta: brevissimum tantum temporis spatium familiaritate tua frui mihi licuit, nam sicuti volucris aquam hauriens brevissimo tempore haustum absolvit, tum avolat, ita tu brevissimo temporis spatio salutationem tuam absolvisti, me in carcere relicto.

Vs. 5. عاد cum accusat. loci conjunctum est, et ducendi, non reducendi significationem hic habere videtur. Sed suspicor mendum subesse in hoc hemist.

Vs. 7. Vocibus قس الطيور facete tangit poëta Abulfaragii cognomen. Kos est nomen viri, qui summa excelluit eloquentia inter Arabes, de quo cf. Harir. pag. 276. In proverbii consuetudinem venisse ejus eloquentiam, satis notum est. Vid. H. A. Schultensium in libro suo: Meidani prov. arab. L. B. 1795 ubi pag. 46 legitur hoc proverbium: ابلغ من قسّ. Cf. praeterea Pocock. spec. hist. Arab. p. 344 et A. Schultensium in praefat. ad vitam Salad. pag. 8. Supremam diem eum obiisse tradunt annum agentem centesimum octogesimum.

Vs. 8. Progreditur in allegorica dicendi ratione, avium similitudine utens, pericula depingere, quibus poëtae sint oppositi. Versuum sequentium, difficultatibus non carentium, penitus intelligendorum potestatem mihi praebuit vir doctissimus Fleischerus, cui hoc loco pro magna, qua ingenii mei imbecillitati succurrit, benignitate publice gratias persolvo. — Pro اشعى, quod in codice legitur, ponendum erat اشغى. bene hoc vocabulo, quod in sequente Abulfaragii carmine (p. 34 vs. 20) de psittaci naso adunco nobis occurret, serram describit. Respondet germanico *zackig*. مدى s. مُدى plur. a

4. Sed erat illa tua salutatio ut volucris haustus unus, sicuti fur occasionem arripit, quae se offert.
5. Te puto contristatum esse angustia carceris mei, duxitque te servus ejus, qui tui semper memor est, in caveam.
6. Sic falco acri visu praeditus sibi providens avolat, quum laqueos conspicit venatui expositos.
7. Serveris tu, qui inter omnes aves disertissimus eloquentia, sive carmina recitentur sive historiae narrentur,
8. a serra dentata, a cultro sauciante, a globo sagittarii, a forfice praecidente,
9. atque ab hasta, in cuspide glutine instructa, quam tangens quis vestrum praedae destinatus est, capitur.
10. Haec sunt pericula avium, a quorum malo te servatum esse velim, quum fortuna quae accidunt devorandas praebet molestias.

مُدْيَة s. مِدْيَة significat cultrum magnum, germ. *Schlachtmesser.* — بُنْدُق est globulus missilis, qui ex balista, arcu, aliove instrumento jacitur. Recentiores hac voce utuntur pro glande missili. Cf. de hac voce de Sacy Chrest. Tom. III pag. 68.

Vs. 9. *Hasta, in cuspide aucupis glutino instructa*, poëta sibi vult virgam viscatam *(Leimruthe)*, qua aves capiuntur. — Pro الدتو quod in codice legitur, certe legendum est الدِّبْق. — Pro لغدم monente Roedigero posui لَهْذَم q. e. acuta et penetrans cuspis. Codicis lectionem tenere studenti, puncto tantum quo ع instructum est, litterae د imposito, vocem لعذم, cum verbum لَعْذَمَ comedendi significationem habeat, fortasse exponere licet per escam. قَرْسَى plur. a قريس captus pro capiendus, cui destinatum est, ut capiatur.

Vs. 10. Pulcherrime Abu Ishak secundo hujus versus hemistichio suum ipsius, in carcere molestiam devorantis, statum depingit. — جرع est: sorpsit hausitque aquam in II fecit ut sorberet, devoraret aliquid. الدهر est fortuna, احداث res, quas illa adfert, inprimis sinistrae. غُصَص est plur. a غُصّة q. e. angustia, molestia. — Similis quodammodo dictio est haec: سُقِى قَلْبُه عداوة animus ejus inimicitia rigatus i. e. impletus est. Cf. etiam dictio Haririi pag. 35 جرّع الحميم aquam calidam devorandam dedit.

---

١ ايا ماجدًا مُذ يَمَّمَ الجودَ ما نَكَصْ   وبَدْرِ تمامٍ مُذ تكامَلَ ما نَقَصْ

٢ سَتَخْلُصُ مِن هذا السَّرار وَأَيِّما   هِلالٍ تَوارَى بالسرار فما خلص

٣ اتتنى القوافى الباهرات تَحَمَّلَتْ   بَدائعَ مِن مُستحسَن الجِدِّ والرخَصْ

٤ فقابلْتُ زَهْرَ الروْضِ مِنْها ولم ارِعْ   وأَحْرَزْتُ دُرَّ البَحْرِ منها ولم اغُصْ

٥ فإِنْ كنتُ بالبَبّغا قديمًا مُلَقَّبًا   فكَمْ لقب بالجَوْرِ لا العَدْلِ تُخترَصْ

٦ وبَعْدُ فما اخْشى تنقُّصَ شانئ   وقلبك لى وَكْرٌ ورَأْيُكَ لى قَفَصْ

---

١ أَنْعَتُها صَبيحةٌ مَليحةٌ   نَاطِقَةٌ بِاللُّغَةِ الفَصِيحَةْ

٢ غدتْ مِن الاطْيارِ وَاللِّسانُ   يُوهِمُ لى بأَنَّها انْسانُ

٣ تُنْهِى الى صاحبها الاخْبارا   وتَكْشِفُ الاسْرارَ والاسْتارا

In codice novem leguntur versus, e quibus tres non plane a me perspectos omisi.

Metrum est Tavil.

Vs. 1. De verbo يمّم cf. Harir. pag. 107.

Vs. 2. Voculâ سَ qua alias utuntur ad futurum simplex et absolutum dilucidius exprimendum, hic spei successus certus exprimitur. — Poëta in hoc atque in sequente versu lunae imagine venusta ratione uti pergit. سرار est: postrema nox mensis s. periodi lunaris s. d. ab luna recondita; eam sequitur هلال nova luna. Sensus allegoricae orationis est: certe spero, fore ut jam mox e carcere libereris. Simul voce هلال facete tangit poëta Abu Ishaci nomen بن هلال. — ايّما simile apud Harir. pag. 289 وبركض ضرفه ايما ركض et impulit equum suum quanam impulsione. Peiperus

Responsio Abulfaragii.

1. O virum summa laude dignum! qui, ex quo persecutus est bonum, nunquam retrocessit; o plenilunium! quod, ex quo plenum redditum est, nunquam defecit.
2. Certe liber evades ex ista (carceris) nocte tenebrosa! et quale novilunium, quod in ista conditum est nocte, quam splendidum!
3. Pervenerunt ad me versus admirabiles, pulcherrima quaeque cum seriorum tum jocorum complectentes.
4. Hortorum flores ex illis mihi occurrerunt, licet eos non circumspicerem, marisque uniones ex illis collegi, licet sub aquam me non demergerem.
5. Quod si mihi jam diu psittaci cognomen est, quid? quot cognomina falsa atque aliena dantur ratione!
6. Tum quid pertimescam, quod capiatur volucris, quum cor tuum nidi consiliumque tuum caveae mihi sit loco.

Abu Ishacus ad Abulfaragium de psittaco.

1. Describam (avem) decoram pulchramque, quae disserit loquela diserta.
2. Avis quidem est, sed ipsius lingua opinionem mihi injicit, eam esse hominem.
3. Perfert ad socium suum nuntios, detegitque quae secreta sunt atque velata.

---

in Haririo suo latino falso ita haec verba reddidit: et bucephalus ejus cucurrit quo cucurrit.

Vs. 3. قوافِ a sing. قافية propr. littera, quae rhythmum finalem format. hic pro ipso versu.'

Vs. 4. Pro ارع posui ارغ me converti ad illos scilicet quaerendos. Versus elegantes et venuste dicta saepissime cum horti floribus, vel maris unionibus comparantur. Conferenda in Prolegominis verba Thaalebii, quae in laudem poëtae nostri dixit. Cf. quoque Har. p. 14. Verbis: *non circumspiciens* etc. haec sibi vult: non quaerendi ii mihi erant, quum statim mihi occurrerent.

Vs. 6. In codice vitiose بعر pro بعد. Simili tropica ratione vox وكر legitur in Schult. Exc. ex Ispahan. p. 21. ubi haec: وطيور سهام من اوتار الحنايا الى اوكار المنايا تمرق et aves sagittarum a nervis arcuum ad nidos mortium promicabant.

٤ سَكّاءُ إلّا أنّها سَمِيعةْ تُعيد ما تَسْمعه طَبيعةْ

٥ ورُبّما لُقِّبَتِ ٱلعصيبهْ فتُغْتَذى بَذِيّة سَفيهةْ

٦ زارتْك مِن بلادها البَعيدهْ وٱستوطَنَتْ عِنْدك كالْقَعيدهْ

٧ ضَيْف قِرَاه الجَوْز والأرُزّ والضيف في أبْياتنا يُعَزّ

٨ تَراه في مِنْقارها الخَلوقي كلُؤْلُؤٍ يُلْقَط بالعقيق

٩ تَنْظر من عَيْنين كٱلفَصَّيْن في النور والظَّلْماء بَصّاصَيْن

١٠ تَميس في حُلَّتها الخَضْراء مثل القناة الغادة العنداء

١١ خَريدة خُدورها الاقْفاص ليْس لها من حَبْسها خِلاص

١٢ تَحْبِسها وما لها من ذَنْبِ وإنّما تَحْبِسها للحُبِّ

١٣ تِلْك الّتي قلْبي بها مَشْغوف كُنِّيت عنها وٱسْمُها مَعْروف

١٤ تَشْرك فيه شاعِر ٱلزّمان والكاتِب المَعْروف بٱلبَنان

١٥ ذلك عبدُ الواحد بنُ نصْرِ تَقيه نفسي عَاديات الدهْرِ

Vs. 6. استوطن الارض i. e. اتخذها وطنا cf. Har. pag. 305. hic, omisso accusativo objecti, verbum reflexivo sensu accipiendum est. — قعيدة plenius apud Harir. pag. 448 قعيدة الرحل quae in eadem (cum viro) sedet sella i. e. ejus uxor. hic: advena.

Vs. 7. قِرًى i. e. ما يطعم الضيف cf. Ham. p. 299. Amr ben Kolthum Moall. vs. 32. — جوز hebr. אֱגוֹז (Cant. 6, 11.) cum א prosthetico.

Vs. 8. خَلُوقِيّ adject. forma derivanda videtur a nom. subst. خَلُوق odoramenti genus flavi coloris. metri causa lege: chaluki.

4. Mutilis quidem praedita est auribus, attamen audit et, quae ipsius est natura, quae audit, repetit.
5. Saepe mendacis cognomen ei tribuitur, aliturque ut impudica linguâ atque stulta.
6. Te visitat ex tractibus veniens remotis, considitque prope te advenae instar.
7. Hospes est, qui excipitur nuce atque oryza, nostrisque in domibus corroboratur hospes.
8. Hanc nucem atque oryzam in ejus rostro subflavo habes margaritam, quae colligitur cum gemma.
9. Oculi, quibus circumspicit, annuli palas referunt splendentque in luce atque in tenebris.
10. Jactanter incedit in vestimento suo viridi, tenerae atque flexilis cannae instar.
11. Virgo est, cujus conclave cavea, nec unquam e carcere suo liberatur.
12. Incarceras eam nulli crimini obnoxiam, nonnisi ejus amore captus.
13. Ejus, qui mihi est in amoribus, cognomine tu gaudes, nomenque ipsius cognitum.
14. Ejus particeps est poëta hujus aetatis scriptorque (solertibus suis) digitis cognitus.
15. Talis est Abdu'lwahed filius Nasri, quem servatum esse velim a fortunae noxis.

Vs. 9. Adject. forma بصاص, e qua derivandus dualis بصاصين in lex. desideratur.

Vs. 10. Conferenda est dictio poëtae in Koseg. Chrest. p. 162, ubi de juvene venusto poculum ministrante: يَخْتال كالغصْن النضير superbe incedit ut ramus viridis. Praeterea hic alius poëtae versus de puella (l. l. p. 159):

كانّها الصعدة السمرآء اذ خطرَتْ

Quasi esset canna recta fuscaque, cum vacillando incedit.

١ مَن مُنْصِفى مِن حُكَّم الكِتاب شمس العُلوم قَمَر الآداب

٢ أَضْحى لأَوْصاف الكَلام مُحْرِزًا وسَام أَن يُلْحَق لَمَّا برّزا

٣ وهلْ يُجارى السابقَ المُقصّرُ أَمْ هلْ يُساوى المُدْرِكَ المُعَذّرْ

٤ ما زال بى عن عُرْض مُعَرِّضا ولى بما يُحْدِره مُسْتنْهِضا

٥ فتارةً يَعْتمد الخُطّافا ببُدْعٍ تسْتَغْرق الأَوصافا

٦ وتارة يغْنَى بنَعْت القَبْج مِن مَنْطِق لِفَضْله مُحْتج

٧ يَحُول حَول عَرَض مَعْلوم ومَقْصِد فى شِعْرِه مَفْهوم

Gratias agit in hoc carmine Abulfaragius Abu Ishaco, atque ipse virtutum psittaci describendarum facit periculum.

Metrum est jambicum الرجز nominatum.

Vs. 1. نصف st. IV pr. dimidiam partem dedit alicui; deinde, cum qui alteri dimidiam rei concedit, justus vel benignus sit, justum, benevolum se alicui praebuit. Germanice vertas: *der du mir so Schmeichelhaftes gesagt hast.* — حُكّم habeo pluralem a حاكم derivandum. Abulfaragius in hist. dynast. pag. [illegible] dicit de viris doctis: اهل العلم مصابيح الدجى وسادة البشر Eruditi sunt luminaria tenebrarum et principes generis humani.

Vs. 2. اضحى est ex illorum verborum numero, quae Arabibus dicuntur اخوات كان, sorores verbi كان; cum participio conjungitur ut verbum كان. In Hebraismo etiam alia verba praeter הָיָה simili modo cum participio junguntur. sic legitur Jes. 33, 1 כַּהֲתִימְךָ שׁוֹדֵד, ubi interpretes supplendum esse dicunt לִהְיוֹת, quod si arabicam illam dicendi rationem conferimus, non necesse habemus. — حرز custodivit, IV diligenter custodivit, collegit s. asservavit mercedem. Ad sensum vertimus. — Verba سام ان يلحق, si lectio vera, verbotenus vertenda sunt vel: praeterit ut attingatur i. e. nemo eum assequi potest; conferenda tum est dictio satis frequens ما عدا ان صنع pr. non praeteriit, ut

Responsio Abulfaragii.

1. O virum, qui benevolum se mihi praebuit, conscribendis epistolis peritum, scientiarum solem, litterarumque lunam!
2. Rerum descriptionem quam maxime callet, nec quisquam eum, quum prodit ad certamen, assequi valet.
3. Num cursu contendere licet cum eo, qui rapide antecedit lente procedentem, an unquam viribus deficiens assequetur eum, qui quicquid intendit, consequitur?
4. Semper a latere praecedit me, et cursu praevertens me ad cursum incitat.
5. Modo intendit hirundinem eam describens ratione admirationem animo injiciente.
6. Modo ei placet describere perdicem verbis, qua emineat eloquentia, arguentibus.
7. Versatur in rebus ipsi bene cognitis, et quo contendit in carminibus, ipsi est expeditissimum.

---

fecisset i. e. parum abfuit quin fecisset. simili ratione עָבַר cf. Ges. lex. et frequentissima illa لا بد ان verbotenus: non est separatio quod etc. vel: vilipendit ut attingatur. Sensus est idem.

Vs. 3. Ut bene intelligas dictiones sequentes, scias hippodromi imagine uti poëtam. Sensu praegnante dicitur المدرك sc. قصده qui assequitur quod contendit.

Vs. 4. بما يصدره german. *durch das, was er voraus ist.* صدّر dicitur de equo praecedente; simili sensu accepi اصدر quod alias reducendi habet significationem; fortasse reducendi vis tenenda est, ita ut reducere sensu praegnante dictum esset pro: finem assequi.

Vs. 5. عمد in VIII sec. Haririi commentatorem pag. 241, ubi constructum legis cum ب i. q. قصد. Plerumque conjungitur hoc verbum cum على. alia exempla, ubi conjunctum est, ut nostro loco, cum accusativo v. in de Sacy Chrest. Tom. I p. 315. 394, II p. 12 III p. 268 et 527. apud Golium haec significatio desideratur. — بيدع النجّ ad verb. mirabilibus, quae implent descriptionem. بُدُع est forma pluralis a sing. بدْع.

Vs. 6. قبج perdix in lingua pers. كبك.

Vs. 7. Sensus: Cum aves canat, tractat rem ipsi penitus cognitam, quippe quum jam plura de avibus composuerit carmina.

٨ حتّى تجلّت رَغْوة الصريح   وسلّم التلويح للتّصريح

٩ وصحّ أنّ البَبّغاء مقصدُهْ   بكلّ ما كان قديما يوردُهْ

١٠ فلم يَدَعْ لقايل مَقالا   فيها ولا لخاطر مَجالا

١١ أهدى لها من كلّ نَعْت احسنَهْ   وصاغ من حَلْى المعاني أزينَهْ

١٢ اختال بالريش الأثيث الاخضرِ   وباحمرار طوقها والمنتشرِ

١٣ على اختلاط الروض بالشقيق   واخضر الميناء بالعقيق

١٤ تزهى بدُوّاج من الزمرّد   ومُقْلة كسَبَج فى عَسْجد

١٥ وخشن منْقار اشمّ قانى   كانّما صيغ من المَرْجان

١٦ وصير انفرادها فى الجنس   بنطقها من فُصحاء الانس

Vs. 8. Sensus certe est: tam dilucida utitur describendi ratione, ut verba ipsius nulla indigeant explicatione. — صريح est lac expers spumae sec. Ham. comment. pag. 674 الخالص من اللبن cf. quoque l. l. p. 10. Inter Meidanii proverbia, a Schultensio edita (L. B. 1795) legitur (p. 24) hoc: أبدى الصريح عن الرّغوة prodiit lac purum citra spumam. Duplicem hujus proverbii usum fuisse exponit Schultensius. Secundum priorem idem esse dicit ac: وضح الامر وبان apparuit res et palam de ea factum est. Pulchriorem habet usum secundum de eo, cujus prima frons decipit s. cujus virtutes abditae sunt ac veluti spuma tectae, ita ut haec prius adimenda sit, quam illae cognoscantur. Nostra verba similem huic proverbio sensum praebent. تجلى secundum lexicon est: revelatus, retectus est; hic removendi significationem teneamus necesse est et jam spuma lactis, quum retegitur, removetur. Hic igitur nostro loco proverbii sensus esse videtur: ejus descriptiones sunt lac spuma expers i. e. dilucidae. Addamus aliud a lacte petitum Meidanii proverbium (l. l. p. 256): اختلط الخاثر بالزّباد commixtum est lac spissum cum spuma, quo utuntur de negotio confuso et conturbato cf. Gol. ad Adag. ar. p. 89.

Vs. 9. Sed summus, quo usque tetendit finis est psittacus. Huic describendo summam navavit operam.

Vs. 10. مجال est circus, proelii campus h. l. trop. disserendi

8. Ita ut remota appareat spuma lactis, et servetur demonstratio perspicuitati (i. e. nec descriptio tam perspicua indigeat demonstratione).
9. Nec dubium, quin finis, quo contendit, sit psittacus in omnibus, quae adhuc recitavit.
10. Jam verba de eo facere cogitanti non reliquit verba, neque cujusquam animo disserendi campum.
11. Quippe qui congessit in illum describendum pulcherrima quaeque, adhibuitque ad exornandam ejus descriptionem ornatissima quaeque.
12. Spissae ejus plumae virides, torquesque quo ornatus est ruber rubrumque rostrum
13. Speciem praebent hortorum Anemonibus refertorum, gemmaeque vitreae cum carneolo conjunctae.
14. Exornatus est veste smaragdina, oculoque conchulae nigrae simili auro circumclusae,
15. Venustoque rostro elato rubroque, quasi esset margaritis parvis confectum.
16. Differt ab omnibus generis sui, eloquentia sua disertissimos quosque hominum aequans.

---

campus. Poëta quamquam Abu Ishacum describendo psittaco omnia effudisse asserit, nihilominus in versu duodecimo ipse transit ad eum describendum.

Vs. 11. Verbotenus: Attulit ei (psittaco) ex omni descriptione pulcherrimum ejus, formavitque ex decore significationum ornatissimum ejus.

Vs. 12. اخال ب — — على — —, verbotenus germ.: *durch sein Gefieder richtet er die Einbildung auf u. s. w.* اخل eadem significatione accipiendum videtur qua خيّل cum على constr. direxit opinionem in aliquem.

Vs. 13. مينَا et ميناء alibi haud raro est portus, navium statio, Graecorum λιμήν demta *l* littera, quam *l* articuli habebant. Syr. ܠܡܐܢܐ; sed nostro loco est persicum مينو quod et vitrum et gemmam vitream *(Glasperle)* et smaragdum significat.

Vs. 14. Pro سَبَج quod in cod. legitur, posuimus سبچ, quod est persic. شَبَة conchulae sphaerulaeve nigrae.

Vs. 16. بنحنقيا من eloquentiā, quae originem ducit ex, i. e. eloquentiā more etc. *(nach Art)*.

١٧ تميزت في الطير بالبنان　　عن كل مخلوق سوى الانسان

١٨ تحكي الذي تسمعه بلا كذب　　من غير تغيير بجد او لعب

١٩ غذاوها ازكى طعام وغذا　　لا تشرب الماء ولا تحسى الصدا

٢٠ ذات شغا تحسبه ياقوتا　　لا ترتضى غير الارز قوتا

٢١ كانما الحبة في منقارها　　حبابة تطفو على عقارها

٢٢ اقدامها بباسها الشديد　　اسكنها في قفص الحديد

٢٣ فهي كخود في لباس اخضر　　تأوي الى خركاوة لم تستتر

٢٤ ووصفها المعجز ما لا يدرك　　ومثله من غيرها لا يملك

٢٥ لو لم تكن لي لقبا لم اختصر　　لكن خشيت ان يقال منتصر

٢٦ وانما تنعت باستحقاق　　لوصفها حذق ابي اسحاق

٢٧ شرفها وزاد في تشريفها　　بحكم ابدع في تنويبها

٢٨ فكيف اجري بالثناء المنتخب　　من صرف المدح الى اسمي واللقب

Vs. 19. In codice mendose عذاوها. شرب de ave. Freitag. in lex. s. v. حسا ne dicas de ave شرب. Verba ولا تحسى الصدا mihi sunt obscura neque ea accurate reddidi. E contextu haec sibi velle mihi videtur poëta: psittacus aqua non contentus ea meliorem potum appetit, et siti tantum coactus aquam bibit.

Vs. 20. In cod. شغا, quod sensum non praebet. ex conjectura posuimus شغا. Verbum شغا apud Harir. pag. 202 ita exponitur: الشغا اختلاف الاسنان في نبتها; adject. ab hoc verbo ductum est اشغى inaequalis de dentibus, curvus; aquila ab adunco rostro dicitur شغواء; psittacus nostro loco nominatur ذات شغا ob aduncum rostrum. أرز oryza; *der Reis*. derivanda est haec vox ab sanscrito ridsch (seminare) unde pers. ريزه, cf. v. Bohl. *über Handel und Schifffarth des alten Indiens in den histor. und litter. Abhandlungg.* a Schuberto edit. pag. 65.

Vs. 21. حبابة nom. unitatis a حباب bulla aquae *(die Perle auf dem Wein, Wasser)* cf. Suseni ad Taraf. vs. 5. Har. p. 24.

17. Inter aves unica est, digitis instructa, quibus alia omnia carent animantia, praeter hominem.
18. Refert quod audit procul a mendaciis, neque permutans seria nec jocosa.
19. Cibus, quo alitur, est purissimus, neque bibit aquam nisi siti coactus.
20. Aduncum rostrum, quo praeditus est, habes rubinum, nec alio fruitur alimento nisi oryza.
21. Cujus bacca, quum in ipsius rostro est, speciem praebet bullae vino innatantis.
22. Insolentia qua se effert vehemens eum conjicit in caveam ferream.
23. Puellae venustae similis est veste ornatae viridi, quae quamvis in conclave suum se receperit, tamen cernitur.
24. Talis est, quem nulla assequatur descriptio, talis cui similem nuspiam deprehendas.
25. Si mihi ex eo non esset cognomen, verba non praeciderem mea, sed timeo ne ille habeatur a me in auxilium vocatus.
26. Describo quidem eum, sed solertia Abu Ishaci tantum digna est, quae eum describat.
27. Quippe qui summas ei tribuit honores, mirabilia quaeque descriptione complectens.
28. Quomodo justa laude remunerem illum, qui istas habuit laudes de nomine meo atque cognomine!

Vs. 23. Psittacus quamquam in carcere, veluti in conclavi inclusus, a conspectu non est seclusus, quia cavea clathrata est, in quam oculus penetrare potest. خركارة desideratur in lex. sed idem esse debet quod خركاة tentorium. vid. Locm. ed. Freit. pag. 68 l. 14.

Vs. 25. انتصر forma VIII in signific. form. X adjutorem imploravit, pro adjutore accepit habuitve aliquem. Haec sibi velle videtur poëta: plura dicerem de psittaco, sed timeo ne sint qui dicant me ea ex ratione tantum ejus laudem dicere, ut inde mihi ipsi, ejusdem nomen ferenti, laus redundet.

Vs. 27. Secundi hemist. verbum ultimum تقوينها in codice est corruptum; quomodo restituendum sit, videant alii. E conjectura posui تنويهها

Vs. 28. Verbotenus: quomodo remunerem encomio selecto eum, qui vertit laudem in nomen meum atque cognomen.

١ ابا الفرج آستحققت نعت الاجلّة   تسمّيت من بين الخلايق ببّغا

٢ ببانا منيرا كاللجين مضمّنا   نضارا من المعنى أديبا وأفرغا

٣ فلو لامرء القيس ابتدات محاربا   كبا او لقسّ فى فصاحته صغا

٤ متى ما يرم ذا آلاسم غيرك رائم   ليبلغ فى غايات فضلك مبلغا

٥ فانّى أسمّيه به ثمّ انّنى   فاسليه باء من آلاسم اذ بغا

٦ اذا انا سلّمت البلاغة طائعا   اليك فانّ الناس خالفنى ضغا

٧ كفتك على رغم الحسود شهادتى   بانّ كنت منه ثمّ منّى أبلغا

٨ وما هجنت منك المحاسن لثغة   وليس سوى الانسان تلقاه الثغا

٩ فيا لك حزما زدت فضلا بنقصه   فانتحيت منه بالكمال مسوّغا

١٠ بقيت ولا تعدم بقاء مرفّها   وعشت ولا تفقد معاشا مرفّغا

Vs. 1. اجلّة forma plur. a جليل ut اخلّة a خليل sed sunt qui aliunde hanc formam derivent cf. Ham. pag. 662. اجنّة a جنين. plura hujus plur. formae exempla v. apud Harir. pag. 5. — من بين eadem accurata dicendi ratione utentes dicunt Hebraei מִבֵּין v. Ps. 104, 12. Jer. 48, 45 et saepius. Amrulkeisus est celeberrimus Moallakae autor; cf. Harir. pag. 281, ubi poëta Ghailanus comparatur cum Amrulkeiso. De Kosso cf. quae dicta sunt pag. 24.

Vs. 5. Littera Ba a ببغا demta restat بغا q. e. superbivit. Tales litterarum lusus Arabes habent in deliciis. Adjungere placet alius venusti litterarum lusus exemplum verba quae praeposita sunt primae illarum epistolarum quas cl. Habicht anno 1824 edidit. En haecce: كنا جميع والدار تجمعنا مثل حروف لجميع ملتحقة واليوم صار الوداع يجعلنا مثل حروف الوداع مفترقة Eramus conjuncti et domus una nos continebat, ut conjunctae sunt litterae جميع, at hodie discessus nos assimilavit litteris وداع disjunctis.

Vs. 6. انا secunda syll. brevis est cf. Ewald de metris carm. ar. pag. 10. exemplis adde Harir. pag. 282. 415. Ham. p. 74. 85. 100 etc.

Epistola Abu Ishaci.

1. O Abulfaragi! dignus es, qui nomineris illustris, ab hominibus nominatus psittacus,
2. Secundum interpretationem, quae fulget argenti instar, cujus significatio aurum continet, elegantem atque amplam.
3. Quod si cum Amrulkaiso in certamen prodires, ille concideret, aut si eloquentia certares cum Kosso, ille detrimentum caperet.
4. Si quando hoc nomen praeter te aliquis expetat, ut summam, qua tu gaudes, assequatur praestantiam:
5. Jam hoc ei imponam nomen, tum vero ab eo recedens ipsius nomini abripiam litteram Ba, quum nimium expetiverit.
6. Lubenter ego tibi summam eloquentiae facultatem tribuo, jam quicunque hominum mihi adversatur, errore ducitur.
7. Sufficit tibi contra adversantem invidum testimonium meum, te et illo et vero me etiam esse praestantiorem.
8. Neque imminuit venustatem tuam insignem lingua blaesa, cujus praeter hominem nemo est particeps.
9. O quam firmum animi studium tibi est, qui petiisti praestantiam, cum defuerit, jamque tu summa ornatus es.
10. Conserveris in vita neque destituaris vita commoda, vivas neque desideres vitam jucundam!

Vs. 7. — *Et te et me* — eodem modo poëta quidam in Koseg. Chrest. (pag. 76) vocula ثم utitur in hoc versu:

خافوا القبائل منهم فتحاسدوا   يوم الوغى بالبيض ثم الاسمر

Metuerunt eos gentes Arabum, et sibimet ~~invicem~~ inviderunt die proelii gladios splendentes hastasque fuscas.

Vs. 8. Sensus: Blaesae linguae vitium, quo laboras, te non prohibuit, quo minus summam assequereris eloquentiam. Sententia, quae secundo hujus versus hemistichio inest, blaesam linguam vitium esse homini peculiare, admodum est languida. Qui hunc sequitur versus in codice est corruptus. En hicce:

اتعرفها فيما تقدم خاليا   اذا صاح — — او جمل رغا

Vs. 9. Sensus: vix fieri posse videbatur, ut praestans evaderes orator, lingua blaesa instructus, sed firmo animi studio hoc vitium vicisti.

Die Weinkelter.

Ich ruht' bei der Kelter Orte mich aus,
die Strahlen der Sonn' erstrahlten noch hell,
Die Mündung davon erschien mir vor Freud'
wie lauteren Goldes ergiebige Quell'.
Es thränte der Traube Auge darin
in Sehnsucht nach ihres Weinberges Stell'
Hoch wogete auf in ihrem Geström
des Flusses gewalt'ge Woge und Well
Es spielte darin des Mostes Rubin
in Freud mit der Wasserperl'chen Hell'
Den Keltrer betracht ich mit Staunen viel
so dass ich wohl nie zufrieden es stell'
Wie kann denn erhalten sein Leben fort,
der stürzt in der Meersgluth Wogengebell.

Der Papagey.

Ein Sendschreiben des Dichters Abu Ishac an den Dichter Abulfaradsch mit dem Beinamen des Papagey.

Mein Lied ertön' dem Köstlichen, dem Lieblichen,
dem Fertigen der Sprache, dem Gesprächigen.
Er ist ein Vogel, doch sein Zungenschlag gibt Recht
zu glauben dir, er sey vom menschlichen Geschlecht.
Er fördert weiter fort dir jede Neuigkeit,
und decket auf, was da liegt in Verborgenheit.
Zwar unbeohrt, doch sein Gehör ist nimmer hart,
er wiederholt, was er gehört, nach seiner Art.
Gar oft wird er gescholten als ein Lügenmund
der schmutz'ge Reden führ' und gar nichts habe kund.
Aus fernen Landen kommt er auf Besuch zu dir
und findet ganz bequem bei dir sein neu Quartier.
Ein Gast, dess Lieblingsspeise Reiss und Nusskern ist,
bis er in unserm Haus den Bauch ganz voll sich isst.
Und diese Speis' in seinem gelben Schnäbelein
erscheinet dir wie Perlen und wie Edelstein.

Er blickt aus Augen g'rad wie aus zwei Ringelein,
bei Tag wie in der Finsterniss von hellem Schein.
Er schreitet stolz einher in seinem grünen Kleid,
gleich einem Rohr, das sich der Biegsamkeit erfreut.
Er ist 'ne Jungfrau, deren Zell' des Kefigs Ort,
nie wird er wieder kommen aus dem Kerker fort.
Du sperrst ihn ein und doch zeihst du ihn keiner Schuld,
du sperrst ihn ein, nur weil er freut sich deiner Huld.
Ein solcher, dem mit Liebe ich bin zugewandt,
bist du, der seinen Namen führt, der wohlbekannt.
Denselben Namen hat der Dichter seiner Zeit
der Schreiber, dessen Hand zeigt grosse Fertigkeit
Das ist Abdu'lwached der Grosse, Nasers Sohn,
mög' fern das Schicksal von ihm halten allen Hohn.

